

# ACTA ET SUMMARIUM CONCILII EPHESINI IN CODICE BARCINONENSI CONTENTA

In *Biblioteca de Catalunya*, sic dicta, pulcher quidam codex asseratur in quo Actorum Concilii Ephesini collectio continetur, qua clarissimus Schwartz in sua mirifica editione (1), arte critica ornata, uti non potuit. Inter codices huius bibliothecae ille est qui numero 615 adnotatur. In catalogo autem, ad tempus constitutum, sic tantum fert indicatio: *Actes del Concili d'Efeso, 3.<sup>er</sup> ecumenic, llati*, nec aliud quidquam additur (2).

Dolendum sane est de historia huius manu scripti nihil inveniri nisi haec exigua omnino, scilicet, codicem oriri a Bibliotheca egregiae familiae Dalmases, quae collecta est a viro eruditissimo Paulo Ignatio Dalmases († 1718) labente saeculo XVII ac ineunte XVIII (3). Iam cum hic vir bibliorum studiosus in suis itineribus opera rara et documenta undique collegisset, etiam ex hoc difficultas augetur huius codicis originem inveniendi. Nec maior lux accedit ex paucis notulis marginalibus appositis (4).

Codex 129 foliis membranaciis, 31 × 22 cm., constat, quorum numeratio antiqua a folio II (fol. I deest) ad cxxx decurrit, ac ipsius scriptura binis columnis, 6 cm., disposita est. Haec autem scriptura, cuius character saeculo XV est assignandus, parvis litteris initialibus miniatis auro, rubro et caeruleo colore depictis, ornatur. Codicis alli-

(1) *Acta conciliorum oecumenicorum*, edidit EDUARDUS SCHWARTZ.—Tomus I: *Concilium Ephesenum*, vol. I, partes 1-7: Acta graeca; vol. 2-5: Collectiones latinae.

(2) *Bulleti de la Biblioteca de Catalunya*, 3 (1916) 44.

(3) Cfr. *Ibidem* p. 22 et TORRES AMAT, F. *Memorias*, etc. Barcelona, 1836, p. 193.

(4) Non est dubium quin hae notae ad marginem positae saeculo XV sint tribuendae, at non ita planum est ab eodem amanuense procedere. Conferantur quaedam earum, fol. 7c: "ponentes duas personas in Christo"; f. 7d: "qualiter in correctionibus sit tempus servandum; f. 10a: "bonam exhortationem"; f. 13a: "quod asserere veritatem et repellere falsitatem est triumphum fidei christiana"; f. 34c: "contra eos qui negant originale in beata Maria, quia secundum hoc non indiguisset redemptione"; f. 61c: "confessionem Iohannis Anthiocheni"; f. 81b: "exilium Nestorii"; f. 88c: "quibus gradibus pervenendum sit ad episcopatum". Hanc postremam notam speciatim attendamus, quia forte ad disceptationes Concilii Basileensis alludunt. f. 19b: "quod ad concilium requiratur presencia pape vel eius delegat." ("Et quia nostra in tanto negotio praesentia necessaria videbatur" ita textus fert, cfr. SCHWARTZ, vol. 2, p. 20).

gatio, pelle membranacea compacta, probabiliter a tempore viri Dalmases procedit. Ipsius dorso sequens inscriptio affixa est: "Acta | conc. | Ephesini | tempore | Theodosi | et Valentini | ani 3° |". In folio papyraceo protectore alia inscriptio, litt. saec. XVII-XVIII, legitur: "Acta Concilii Ephesini celebratum tempore Flavii Theodosii XIII et Flavii Valentiniani III imperatorum."

Ut supra diximus, folium primum in codice excidit, in quo transcriptam esse scimus primam partem epistulae Cyrilli ad monachos, quae tum in graeca collectione Vaticana tum in latina Casinensi-Turonensi primum etiam invenitur.

Volumen manu scriptum de quo agimus duo opera amplectitur nullo modo invicem dependentia, etsi utraque ad idem Concilium referuntur. En tibi illa: I. Collectio Actorum Concilii Ephesini, foliis 2-117. — II. Summarium tertiae Ephesinae synodi, fol. 118-130.

### I. — ACTA CONCILII EPHESINI

Textum huius collectionis quo Schwartz uti non potuit magnum momentum nobis minime habere existimamus, si id excipias ipsum fuisse primum codicem concilii Ephesini in Hispania asservatum, ex quo suspicari licet ipsum non fuisse unicum. Si comparationem instituimus ipsius textum inter et illas versiones latinas quas Ed. Schwartz edidit, sine dubio in hanc persuasionem deveniemus: agi de novo exemplari Collectionis Salzburgensis. Omnia enim ipsius documenta in voluminibus II et III operis Schwartz, seu in collectionibus Veronensi et Casinensi-Turonensi inveniuntur, quae quidem documenta haec sunt et hoc ordine disposita: 1, 3-5, 9, 14, 15-20 collectionis CT; 1-31 collectionis Ver, et 30-38, 40-45, 47-49, 60-68, 70, 73-76 collectionis CT (5).

Caetera documenta quae sequuntur (fol. 88-117) non iam pertinent ad Concilium Ephesinum, quod idem accidit in multis aliis codicibus qui Acta huius Concilii exhibent (6).

Comparatione instituta, in maxima parte documentorum, praecipuarum lectionum diversarum cum editione critica Schwartziana, id mihi compertum est, textum eundem esse qui in ms. r collectionis Salzburgensis continetur. Quamquam mihi tum penuria temporis tum librorum necessariorum indigentia, descriptionem adamussim factam huius collectionis Salzburgensis legere non licuit, tamen ex iis quae

(5) Pro siglis cfr. infra p. 14.

(6) Cfr. SCHWARTZ vol. 4 p. VIII.

ab ipso Schwartz referuntur de hac collectione eam comperi continere omnia documenta nostrae collectionis et non amplius (7).

Ut id quod asserimus omnibus persuadeatur statim adiungimus *capitulationem* breviori modo redactam, ac *initia* cuiusque documenti.

1. f. 2a [Epistola Cyrilli ad monachos...] *cilium cilium uideri. Neque dei genitricem dixisse* = CT 1 (p. 5<sup>o</sup>).
2. f. 6c Ep. Nestorii Cyrillo, *Nichil mansuetudine christiana* = CT 3.
3. f. 6a Ep. Cyrilli ad eos etc., *Quia michi scripsit reuerentia uestra* = CT 4.
4. f. 7a Contestatio proposita contra, *Coniuro accipientem hanc cartam* = CT 5.
5. f. 7c Ep. Cyrilli ad clerum, *Vix quidem et aliquando* = CT 9.
6. f. 8b Ep. Cyrilli ad Achatium, *Vehementer contristantur* = CT 14.
7. f. 8c Ep. Achatii epi. Abenoe ad Cyrilum, *Legi litteras* = CT 15.
8. f. 9b Ep. Cyrilli ad Iohannem Anth., *Cognouit omnino et per multos* = CT 17.
9. f. 9d Ep. Cyrilli ad Iuuenalem, *Optabam quidem probatissimorum* = CT 17.
10. f. 10b Ep. Cyrilli ad quendam zelotem, *Nouimus tue dilectionis sinceritatem* = CT 18.
11. f. 10c Ep. Cyrilli ad Nestorium, *Meam intentionem circa tuam reuerentiam* = CT 19.
12. f. 12a Imperatores Cesares... Cyrillo, *Cure multe est Dei cultura* = CT 20.
13. f. 12d Ep. Celestini ad Cyrilum, *Tristicie nostre sanctitatis tue littere* = Ver 1; CT 12.
14. f. 13c Ep. Celestini ad Nestorium, *Aliquantis diebus uite nostrae* = Ver 2; CT 10.
15. f. 15d Ep. Nestorii ad Celestimum, *Fraternas nobis inuicem debemus collationes* = Ver 3.
16. f. 16c Ep. secunda Nestorii ad Celestimum, *Saepe scripsi beatitudini tue* = Ver 4.
17. f. 17a Ep. Celestini pbris. dyaconibus, *Ad eos michi qui faciunt ecclesiam locuturo* = Ver 5; CT 11.
18. f. 19c Ep. Celestini ad Iohannem Anth., *Optaremus quidem sic una* = Ver 6; CT 13.
19. f. 20a Ep. Celestini ad Synodus, *Spiritus Sanctus testatur* = Ver 7; CT 35.
20. f. 20d Commonitorium Celestini epis. et pbris. euntibus in Orientem, *Cum deo nostro sicut credimus* = Ver. 8.
21. f. 21a Ep. Celestini ad Theodosium, *Sufficiat licet quod sollicitudo* = Ver 9.
22. f. 21c Ep. Celestini ad Cyrilum, *Intelligo sapientiam sapientissimi* = Ver 10.
23. f. 21d Exemplaria gestorum... de recta fide, *Post consulatum* = Ver 11; CT 24.
24. f. 23a Imperatores Cesares... Cyrillo, *Pendet a dei pietate* = Ver 12; CT 22.
25. f. 23c Gesta, *Firmus episcopus... dixit: Hoc nobis* = Ver 12 p 31.
26. f. 25b Expositio fidei secundum synodum nicenam, *Credimus in unum Deum* = Ver 12 p. 35. sequuntur gesta.

(7) Cfr. SCHWARTZ vol. 2 p. IIII-V. vol. 3 p. VIII.

27. f. 26c Ep. prima Cyrilli ad Nestorium, *Viri reuerendi modesti et fide digni*  
= CT 2; Ver 13.
28. f. 27a Ep. secunda Cyrilli ad Nestorium, *Obloquitur quidam sicut audio* =  
Ver 14; CT 6 (sequuntur gesta, Cyrilus dixit = Ver 14 p. 39).
29. f. 27c Ep. Nestorii ad Cyrilum, *Iniurias quidem que contra nos* = Ver 15;  
CT 7 (sequuntur gesta, Cyrilus dixit: Quid videtur, Ver 15  
p. 43).
30. f. 29c Exclamatio totius synodi, *Qui non anathemizat Nestorio* = Ver 15  
p. 45.
31. f. 29d Ep. Celestini ad Nestorium, *Aliquantis diebus* (Cf. n. 14) = Ver 16;  
CT 10 (sequuntur gesta).
32. f. 32b Ep. Cyrilli ad Nestorium, *Saluatore dicente aperte* = Ver 17; CT 8.
33. f. 33a Symbolum nicenum, additio Cyrilli, anatemismi = Ver 17 p. 46-50.
34. f. 35a Gestae; testimonia Petri epi., Athanasii, Julii, Felicis, Theophili, Cy-  
priani, Ambrosii, Gregorii, Basilii, Gregorii Niseni, Attici, Nico-  
mii, Attici = Ver 17 p. 51-59.
35. f. 39b Ex codice et quaternionibus Nestorii, *Quando igitur* (23 fragmenta)  
= Ver 17 p. 59-63.
36. f. 41c Ep. Capreoli, *Orabam reverendissimi Patres* = Ver 18.
37. f. 42b Sententia prolata contra Nestorium; gesta = Ver 18 p. 65-66.
38. f. 42d Expositio impie et nefande fidei, *Est quidem omnibus sapientibus* =  
Ver 18 p. 66.
39. f. 43b C[h]ar[i]sii confessio, *Credo in unum deum* = Ver 18 p. 67.
40. f. 43b Expositio symboli transformati, *Quisquis uel nunc* = Ver 19.
41. f. 44b Subscriptiones eorum qui decepti sunt, *Budius iunici* = Ver 19 p. 69.
42. f. 44c Gestae, subscriptiones episcoporum in sancta synodo existentium =  
Ver 19 p. 69-75.
43. f. 46c Acta excommunicationis Iohannis Anth.; decretum a deo amatorum  
principum; gesta = Ver 20.
44. f. 49b Actio quarta incipit feliciter, *Post Consulatum* = Ver 20 p. 79-82.
45. f. 51a Relatio synodi ad Theodosium, *Sancta synodus que per gratiam*  
*Christi* = Ver 21; CT 39.
46. f. 52a Ep. synodi ad Celestimum, *Sue quidem sanctitatis uestre circa pieta-  
tem zelus* = CT 59; Ver 22.
47. f. 53d Ep. Celestini ad Theodosium, *Causis suis diuinam prouidentiam* =  
Ver 23.
48. f. 54d Ep. Celestini Maximiano, *Vidimus et amplexi sumus* = Ver 24.
49. f. 55c Ep. Celestini clero et plebi Const. post synodum, *Exultatio matris*  
*est congregatio filiorum* = Ver 25.
50. f. 58d Ep. Celestini post damnationem Nestorii ad s. synodum, *Tandem*  
*malorum fine gaudendum est* = Ver 26.
51. f. 60c Sacra ep. per Aristolaum ad Iohannem Anth., *Intentio nostra est*  
*pacis perfectio* = Ver 27; CT 69.
52. f. 61b Ep. Iohannis Anth. ad Cyrilum de pace, *Ante hec ex decreto* =  
Ver 28.
53. f. 62a Ep. Cyrilli ad Iohannem Anth., *Exultent celi et letetur terra* =  
Ver 29; CT 72.
54. f. 63d Ep. Sixti ad Cyrilum post pacem, *Magna sumus leticia alacritate* =  
Ver 30.

55. f. 64d Ep. Sixti ad Iohannem Anth., *Si ecclesiastici corporis gloriā = Ver 31.*
56. f. 65c Relatio ad imper. a s. synodo de dampnatione Nestorii, *A progenitoribus ueram fidem = CT 30.*
57. f. 66c Ep. Cyrilli Comarion Potamoni Dalmatio, *Spera[ba]mus uenientem honoratissimum Nestorium = CT 31.*
58. f. 68a Ep. Cyrilli ad patres monachorum, *Dominus noster Jesus Christus = CT 32.*
59. f. 68b Commonitorium episcoporum qui inuenti sunt Constantinopolim, *Congregata sancta synodus = CT 33.*
60. f. 68d Rescriptum imperiale missum per Palladium, *Didicit nostra pietas turbulenter = CT 34.*
61. f. 69c Gesta sexto iduum iularum, *Monumenta que gesta sunt = CT 35.*
62. f. 69d Ep. Celestini ad synodum, *Spiritus Sancti testatur presentia congregatio sacerdotum = Ver 7; CT 35.*
63. f. 70d Ep. synodi ad clerum Const., *Venimus ad nuntium nimis ingemiscendum = CT 36.*
64. f. 71a Ep. cleri Const. ad Concilium, *Semper et a iuuentute in orthodoxo dogmate = CT 37.*
65. f. 71c Ep. concilii ad imperatores, *Vestra quidem potestas = CT 38 (se- quuntur nomina eorum contra quos scriptum est).*
66. f. 72c Exemplar sacrorum que directa sunt per Iohannem comitem, *Quan- tum circa pietatem et progenitorum fidem = CT 40.*
67. f. 73a Exemplar relationis s. concilii ad sacra. relecta, *Christo amabile quidem uestrum imperium = CT 41.*
68. f. 73d Ep. Cyrilli ad clerum Const., *Turbatum nimis est sanctum concilium = CT 42.*
69. f. 74b Ep. Memnonis ad clerum Const., *Quanta propter ueram fidem = CT 43.*
70. f. 75a Ep. synodi ad imperatores, *Vestra quidem potentia non despexit = CT 44.*
71. f. 75c Ep. synodi ad episcopos qui inuenti sunt Constantinopoli, *In tanta fluctuatione rerum constitutis = CT 45.*
72. f. 76c Sancto concilio ep. episcoporum qui inuenti sunt Const., *Oportebat quidem non animo solum sed et corporibus = CT 47.*
73. f. 76d Preces et suplicatio a clero Const. pro concilio, *Scientes uestram pietatem plurimam = CT 48.*
74. f. 77c Ep. Cyrilli Theopempto, Pothamoni, Danieli, *Plurime facte sunt con- tra nos illic detractiones = CT 49.*
75. f. 77d Mandatum gestum a concilio hiis qui sunt missi ab eo Const. epis- copis, *Iussi a piissimis = CT 60.*
76. f. 78b Relatio missa a synodo imperatori, *Omnia quidem uestri imperio laudabilia = CT 61.*
77. f. 79a Mandatum gestum ab orientalibus, *Sancta synodus Epheso celebrata = CT 62.*
78. f. 79c Ep. synodo ad imperatores, *Circa pietatem sollicitudinem uestram atque studium = CT 63.*
79. f. 80b Commonitorium synodi clero Const., *Necamur estibus cum aeres sint græues = CT 64.*

80. f. 80b Ordinatio Maximiani epi. Constantinopoleos, *Fontibus (sc. euntibus) septem Constantinopolim* = CT 64a.
81. f. 80c Ep. Maximiani ad Cyrilum, *Compleatum est desiderium tuum* = CT 65.
82. f. 80d Ep. Cyrilli ad Iuuenalem, Flauianum, *Satisfactum est uobis iterum* = CT 66.
83. f. 81a Interpretatio sanctionis imperatorum ad Isidorum, *Licet pro sollicitudine publicarum rerum aperte* = CT 67.
84. f. 81a Rescriptum legis contra Nestorium, *Debita nobis piissime religioni eos qui circa divinitatem* = CT 68.
85. f. 81c Prefectorum preceptum, *Nichil ita carum imperatoribus est* = CT 68.
86. f. 82a Libellus datus Cyrillo a Paulo emeseno, *Piissimi atque uictores nostri principes* = CT 70.
87. f. 82c Cyrilli omelia dicta in nat. sancti Iohannis, *Eos qui pietate* = CT 73.
88. f. 82d Ep. Cyrilli ad Maximianum, *Non erat dubium quia omnino et semper* = CT 74.
89. f. 83b Commonitorium Cyrilli Eulogio, *Reprehendunt quidam expositionem* = CT 75.
90. f. 84a Ep. Cyrilli ad Achatium, *Causa quidem dulcis* = CT 76.

1. f. 88a Ep. Celestini pape ad uniuersos episcopos per Viennensem prouintiam constitutos, *Cupiremus quidem.*
2. f. 88b Incipit ubi .occiditur Procerius episc. Alexandrinus: *Posteaquam Diocorus Alexandrinus.*
3. f. 90b Ep. Simplicii ad Achatium: *Cogitationum ferias non habemus.*
4. f. 90c Ep. beatissimi pape Felicis urbis Rome ad Leonem imperatorem per Vitalem et Misenum episcopos: *Decebat profecto, uenerabilis imperator.*
5. f. 93a Item Felicis pape ad Achatium epc. per Vitalem et Misenum epos.: *Postquam sancte memorie decessore meo.*
6. f. 94d Item epla. Felicis pape imperatori Zenoni ad libellum episcopi Iohannis ecclesie Alexandrine urbis: *Cum sibi redditam pacem.*
7. f. 95a Item epla. Felicis epi. Achatio epo. supradicto Constantinopolitane urbis epo.: *Episcopali diligentia commonente.*
8. f. 95c Item eiusdem pape ad Achatium: *Multarum transgressionum reperitis innoxius.*
9. f. 96a Epla. imperatorum Honorii et Theodosii Augustorum ad Aurelium: *Dudum quidem fuerat constitutum.*
10. f. 96c Item epla. Aurelii epi. ad epos. per prouintiam Bizazene et Arzugitane constitutos: *Super Celestii et Pelagi dampnatione.*
11. f. 96d Incipit epla. Constantii imp. ab Honorio in consortium regni assumpiti: *Cum preterite superstitionis uenena.*
12. f. 97a Incipiunt capitula excerpta de gestis habitis contra Pelagium: *Quod ad Ierusalem nolentem colligi filios suos.*
13. f. 97d Item epla. Damasi pape ad Paulinum Anth. episcopum: *Per filium meum Vitalem ad te scripta.*
14. f. 98a Confessio fidei catholice quam papa Damasus misit ad Paulinum Anth. episcopum: *Post concilium nicenum.*

15. f. 98d Confessio presbiterorum seu dyaconorum ecclesie Constantinopolitane: *Ego ille Constantinopolitane ecclesie dyaconus.*
16. f. 99a Incipit epla. Ambrosii epi. Med. et ceterorum Sauinii, Bassiani episcoporum ad Siritium papam scripta: *Recognouimus litteras sanctitatis tue.*
17. f. 100d Incipit epla. Siritii pape per uniuersos epos. missa: *Optarem semper.*
18. f. 101a Inc. epla. Syritii pape directa Hierio epo. Terraconensi: *Directa ad decessorem nostrum.*
19. f. 103a Epla. Innocentii pape ad Exuperium episcopum Tolosanum: *Consulenti tibi, frater.*
20. f. 105a Epla. Innocentii pape ad Eusebium episcopum et alios epos. et dyaconos Macedonie existentes: *Magnam gratulationem habui.*
21. f. 105c Epistole Gelasii pape ad epos. Dardanie existentes: *Valde mirati sumus.*
22. f. 112a Nicephori episcopi Constant. epla. synodalis de assumptione sua et explanatione fidei ad Leonem III summum pontificem: *Vere magnus et memorabilis.*

## II. — TERTIAE EPHESINAE SYNODI SUMMARIUM

Multo maioris momenti quam actorum collectio, de qua adhuc sumus locuti, hoc summarium est; nemo enim, ut nobis videtur, de exsistentia eiusmodi documenti mentionem facit. Certe, si Schwartz id cognovisset, in eius editione publici iuris procul dubio fecisset.

Iam, quamquam hoc in compendio nullum, ut videbimus, documentum ignoratum invenitur, dici nihilominus non potest id non esse nisi indicem collectionum in lucem iam editarum plus minusve copiosum atque enucleatum. Textum sane perlegenti patet non modo de compendio agi accurato ac crebrius recte expresso singulorum documentorum, sed etiam plures includi considerationes criticas ac scriptoris proprias tum de singularum partium valore, tum de intentione quam animo gestarent documentorum auctores.

Auctor *anonymus*, ut appareat, partes Summi Pontificis ac Sancti Cyrilli studio prosequebatur, et oportune novit indigitare ea quae in actibus tum Nestorii, tum ipsius amicorum et fautorum maiori reprehensione digna videbantur. Iam ab initio cum sermo est de prima patriarchae Constantinopolitani epistola ad Cyrillum ait: “fictam modestiam preferens” (Cfr. infra, textum summarii, n. 3). Postea vero cum de mutatione illa loquitur Iohannis Antiocheni eiusque suffraganeorum, qui cum partes Nestorii secuti essent, ipsum tandem condemnarunt, ita tamen ut omnibus persuadere contenderant mutationem suam explicationibus Cyrilli esse tribuendam, auctor summarii recte ostendit veram causam non fuisse aliam quam potentioribus vel

melius dicam imperatori complacendi (Cfr. n. 90). Atque haec exempla sufficient.

Licet eiusmodi considerationes auctoris nostri anonymi propriae non sint, cum illae etiam in litteris Cyrilli inveniantur, id tamen nostro iudicio demonstrant, laudatum auctorem optime quidquid in actibus erat intellexisse, ex quibus dignam defensionem partium orthodoxarum illius magni concilii haurire valuit.

Numerus documentorum quae hic in compendium rediguntur sat ingens est, ut cum illo comparari possit qui in collectionibus complectoribus invenitur. Conferatur sequens index comparativus:

B	Collectiones graecae		Coll. latinae	Mansi-Migne
1 = V 1	S 1		CT 1	M, 4, 588
2 = V 2	S 2	A 10	CT 2	M, 4, 884
3 = V 3	S 3	A 11	CT 3	M, 4, 886
4 = V 4	S 11	A 12	CT 6	M, 4, 888
5 = V 5	S 12	A 13	CT 7	M, 4, 891
6 = V 6	S 13	A 23	CT 8	M, 4, 1068
7 = V 149	S 43	A 2		M, 4, 679
8 = V 150	S 5	A 159		M, 4, 803
9 = V 7	S 4	A 1		M, 4, 618
10 = V 8	S 6	A 5	CT 20	M, 4, 1109
11 = V 9	S 15	A 6	CT 12	M, 4, 1017
12 = V 144	S 39	A 161		M, 4, 1012
13 = V 10	S 16	A 7	CT 10	M, 4, 1025
14 = V 11	S 17	A 8	CT 11	M, 4, 1035
15 = V 12	S 18	A 9	CT 13	M, 4, 1047
16 = V 13	S 19	A 16	CT 16	M, 4, 1050
17 = V 14	S 41	A 20	CT 19	M, 4, 1061
18 = V 15	S 23	A 18	CT 17	M, 4, 1057
19 = V 16	S 21	A 35	CT 14	M, 4, 1053
20 = V 26	S 95	A 139		M, 4, 1115
21 = V 27	S 96	A 140		M, 4, 1117
22 = V 28	S 97		CT 29	M, 4, 1241
23 = V 29	S 98	A 141		M, 4, 1243
24 = V 30	S 20	A 17	CT 21	M, 4, 1121
25 = V 31	S 44	A 31	CT 23	M, 4, 1117
26 = V 32-39	S 25-33	A 32	CT 24	M, 4, 1124
27 = V 146	S 42	A 163	CT 83	M, 4, 1231
28 = V 41			CT 24	M, 4, 1131
29 =		A 76	Ver 17 <sup>5-7</sup>	M, 4, 1346
30 =		A 77	CT 27 <sup>4</sup>	M, 4, 1361

31 = V 32-61	S 25-23	A 32	CT 24	M, 4, 1198
32 = V 32-61	S 25-33	A 32	CT 24	M, 4, 1207
33 = V 62	S 34	A 32	CT 25	M, 4, 1212
34 = V 63	S 35	A 33	CT 26	M, 4, 1228
35 = V 65	S 36	A 34	CT 28	M, 4, 1228
36 = V 66	S 46		CT 33	M, 4, 1428
37 = V 67	S 47		CT 31	M, 4, 1228
38 = V 67	S 47		CT 31 <sup>8</sup>	M, 4, 1429
39 = V 68	S 48		CT 32	M, 4, 1244
40 = V 69	S 104	A 142		M, 4, 1241
41 = V 70	S 105	A 143	CT 58	M, 4, 1246
42 = V 71	S 106			M, 5, 221
43 = V 72	S 107	A 144	CT 57	M, 5, 204
44 = V 73	S 145		CT 56	M, 5, 185
45 = V 74	S 108	A 146		M, 5, 181
46 = V 75	S 80		CT 53	M, 4, 1248
47 = V 76	S 78		CT 51	M, 5, 217
48 = V 77	S 81		CT 54	M, 5, 177
49 = V 80	S 70			M, 4, 1252
50 = V 78	S 79		CT 52	M, 4, 1338
51 = V 79	S 109		CT 55	M, 4, 1368
52 = V 81	S 49		CT 30	M, 4, 1236
53 = V 82	S 73	A 54	CT 59	M, 4, 1329
54 = V 83	S 52		CT 34	M, 4, 1377
55 = V 84	S 53		CT 38	M, 4, 1421
56 = V 85	S 50		CT 36	M, 4, 1304
57 = V 86	S 51		CT 37	M, 4, 1432
58 = V 87-90	S 54-59	A 37-38	CT 39	M, 4, 1305
59 = V 91	S 61	A 40	CT 311	M, 4, 1469
60 = V 92	S 60	A 39	CT 39	M, 4, 1325
61 = V 95	S 75	A 58	CT 60	M, 4, 1457
62 = V 96	S 76	A 60	CT 62	M, 4, 1400
63 = V 97	S 112	A 147		M, 4, 1412
64 = V 98	S 45		CT 47	M, 4, 1450
65 = V 99	S 113	A 148	CT 47	M, 4, 1450
65a = V 103	S 72	A 53	CT 48	M, 4, 1456
66 = V 100	S 68	A 71	CT 42	M, 4, 1436
67 = V 101	S 69	A 52	CT 43	M, 4, 1438
68 = V 102	S 70	A 49	CT 44	M, 4, 1441
69 = V 105	S 71	A 50	CT 45	M, 4, 1444
70 = V 106	S 62	A 31-42	CT 35	M, 4, 1280

71 = V 107	S 65	A 43	CT 63	M, 4, 1301
72 =		A 81	Wint 6	
73 =		A 82	Wint 4	
74 = V 108	S 114	A 59	CT 61	M, 4, 1460
75 = V 110	S 116	A 150	CT 67	M, 5, 256
76 = V 111	S 117	A 151	CT 68	M, 5, 413
77 = V 113	S 119	A 153	CT 68	M, 5, 257
77a = V 109	S 115	A 149	CT 65	M, 5, 258
78 = V 115	S 84	A 81		M, 5, 259
79 = V 116	S 120	A 154		M, 4, 1463
80 = V 117	S 109		CT 55	M, 4, 1368
81 = V 118	S 85	A 96		M, 5, 225
82 =		A 80	Wint 3	
83 =		A 93-94		
84 = V 119		A 134		M, 5, 353
85 = V 120	S 86	A 102	CT 69	M, 5, 277
86 =		A 103	CT 140	
87 =		A 105	CT 142	
88 =		A 107	CT 145	
89 =		A 106	CT 144	
90 =		A 108	CT 169	
91 =		A 24	Pal 39	M, 5, 1
92 =			Pal 40	PL, 48, 1001
93 =		A 118		
94 = V 127	S 89	A 114	CT 72	M, 5, 301
95 = V 124	S 123	A 111		M, 5, 293
96 = V 125	S 124	A 112	Sich 11	M, 5, 296
97 = V 126	S 125	A 113	Sich 12	M, 5, 301
98 =		A 115		
99 =		A 116		
100 =		A 117	CT 173	PG, 77, 168
101 =		A 118		PG, 77, 248
102 =		A 119	CT 77	
103 =		A 120	CT 179	
104 =		A 121		
105 =		A 123		
106 =		A 124		
107 =		A 126		
108 =		A 128	CT 183	
109 =		A 130		
110 =		A 3		PG, 76, 256

111 = V 135	A 4	Wint 1	M, 5, 384	
112 = V 19	A 4		PG, 77, 1089	
113 = V 128	S 90	A 127	M, 5, 309	
114 = V 129	S 126	A 129	M, 5, 348	
115 = V 130	S 127	A 122	M, 5, 286	
116 = V 131	S 128	A 125	CT 74	M, 5, 352
117 = V 132	S 91	A 131	CT 75	M, 5, 374
118 = V 133	S 92	A 132		M, 5, 407
119 = V 134	S 129	A 155		M, 5, 327
120 = V 138	S 131	A 157		M, 5, 418
121 = V 140-41	S 37			M, 5, 170
122 = V 143	S 38	A 160		M, 4, 1102
123 = V 171		A 135	CT 305	PG, 77, 228
124 = V 172		A 136	CT 306	PG, 77, 237

Necessarium minime duximus ut in hoc indice separatim notaremus ea documenta quae prostant in priore codicis barcinonensis collectione. Non est dubium quin acta et summarium non sunt invicem dependentia cum nulla relatione devinciantur; immo et versio documentorum communium diversa est. Ut unum exemplum pro multis afferam, *incipit* documenti CT 30 in actibus B 56 sic se habet: *A progenitoribus ueram fidem*, dum in summario n. 52 ita constat: *Acceptam a maioribus fidei ueritatem*. Nec cohaeret summarium cum ulla collectione earum quas Schwartz prelo dedit. In genere affirmare licet ipsum collectionis Vaticanae ordinem plus minusve persequi, ita quidem ut omnia fere eius documenta sive explicite sive implicite recenseantur. Praeterea alia 21 documenta ibi inveniuntur, quae non in Vaticana, verum in Atheniensi collectione colliguntur. Omnibus notum est hanc collectionem non pridem esse inventam, ideoque ut quid insigne nobis huius summarii videtur, quod duodecim documenta (n. 83, 93, 98, 99, 101, 104-107, 109-110) includat quae non nisi in illa inveniantur. Documentum in n. 92 paucis comprehensum, ut mihi appetat, in collectione Palatina n. 40 tantummodo asservatur.

Id summopere notandum est, versionem latinam ab auctore summarii confectam vel mutuatam omnino differre ab aliis huc usque cognitis. Ex maxima parte documentorum quae allegantur *initia* traduntur, et nonnumquam etiam cum aliqua textus partiuncula (Cir. n. 95, 96), quae omnia vix unquam cum versionibus a Schwartz editis cohaerent. Nec de variis lectionibus modo agitur quae amanuensi sint tribuendae, sed omnino diversis, ut lectori apparebit collationes versionum legenti quas in notis infra pagellas adiecimus. Ceterum

non desunt quaedam *initia* latino sermone documentorum, quae non nisi graece ad nos pervenerunt.

Inde nonnullae quaestiones suscitantur, quas perstringere dumtaxat intendimus, quarum solutionem dare plena causa forsan Schwartz audebit, qui profunde eruditeque omnia documenta ad hoc concilium spectantia pervestigavit.

I.<sup>a</sup> Quo tempore summarium de quo agimus confectum est? Id definire non audemus, at ut nobis planum videtur, tempus compositionis longe prius est illo apographi transcripti. Sermo enim valde discrepat ab illo quo saeculo xv utebantur scriptores, licet concedamus auctorem plerumque locutiones et verba eadem adhibere, quae in documentis ab ipso in compendium redactis invenit. Preterea tam multa illa errata quae legenti manu scriptum occurrunt sat clare indicant librarium textum valde corruptum et parum intelligibile transtulisse.

2.<sup>a</sup> Auctor breviat a) unam tantum an plures collectiones? b) easque graecas an latinas? c) ac separatas an eas permiscens? Quod si collectio vel collectiones in compendium redactae essent latinae patet illas diversas esse ab omnibus hactenus notis, nam, ut diximus, inveniuntur in summario documenta graece tantum ad nos transmissa. Idem esset dicendum si collectio vel collectiones graecae supponantur. Ceterum *initia* semper latino sermone prostant, nec ulla unquam fit ad textum graecum allusio. Licet igitur non repugnat auctorem collectionibus graecis et latinis usum esse, tamen verisimilius nobis videtur ipsum breviare quamdam collectionem unice latinam aut graecam omnino a nobis adhuc ignoratam.

JOSEPH VIVES

**SUMMARIUM TERTIE EPHESINE SINODI**

**Ms. 615 "BIBLIOTECA DE CATALUNYA" fol. 118-130**

## N O T A E

Codicem barcinonensem non parum esse corruptum, ut diximus, primo intuitu patet. Librarius imperitus aliquando verba non separavit; litteras, syllabas, verba tota omisit.

Sensus sermonis non raro obscurus remanet. Si comparationem textus huius compendiati cum originali collectionis Schwartziae textu pleno instituimus, lacunas nonnullas in eo extare facile coniicere poterimus.

Accuratam, quantum potuimus, ipsius codicis transcriptionem fecimus, etiam non raro corruptelis aut mendis prout in codice extant retentis. Correctiones aliquando in ipso textu aut ad paginarum calcem notavimus. Pro caeteris haec nota:

prespiter 2<sup>a</sup> | asscribens 116<sup>a</sup> | acersitos 61<sup>14</sup> | amonendi 70 c | sempem  
75<sup>a</sup> | nuperime 92

sotius 26 k<sup>r</sup> | iuditium 38<sup>a</sup> | prouintiam 32<sup>r</sup> | fatiendum 61<sup>r</sup>, &  
ontropotocos 66<sup>14</sup> | Epitetum 28 g<sup>r</sup> | Hyronei comitis 17<sup>14</sup> | Berriensis  
86,106 | Thirii 120<sup>n</sup>

concilii (concilio) 61<sup>14</sup> | synodi (synodo) 70 b | fruitur (fruitus) 14<sup>r</sup> |  
renuntiata (renuntiante) 69<sup>r</sup> | inueniantur (inuenitntur) 33<sup>a</sup> | sequiturque  
(sequaturque) | condictum diem 32<sup>r</sup> | quiqumque (quodcumque) 87

Acharisio (a Chariso) 29<sup>a</sup> | censura sciuerit (censuras ciuerit) 85<sup>a</sup> | ex  
epistola yII capitula (ex epistola v, II capitula) 28 g | in Comediam (Nico-  
mediam) 85<sup>4</sup>

*Aliquid deest in: uenia [illum donet] 11<sup>a</sup> | redditurus, [at ille] 58 a |  
excitata [synodus] 67<sup>n</sup>*

B = codex barcinonensis, "Biblioteca de Catalunya", ms. 615.

COLLECTIONES GRAECAE (SCHWARTZ t. I vol. I partes 1-7)

V = collectio Vaticana.

S = collectio Segueriana.

A = collectio Atheniensis.

COLLECTIONES LATINAe (SCHWARTZ, t. I vol. 2-5)

CT = collectio Casinensis-Turonensis.

Pal = collectio Palatina.

Quesn = collectio Quesnelliana.

Sich = collectio Sichardiana.

Ver = collectio Veronensis.

Wint = collectio Winteriana.

M = MANSI, *Amplissima Collectio &*, vol. 4 et 5.

PG = MIGNE, *Patrologia graeca*.

PL = MIGNE, *Patrologia latina*.

[ ] addita vel explicationes includunt.

( ) delenda includunt.

? dubia vel lacunas indicat.

- 1 Cirilli epistola ad presbyteros, diacones patresque et monachos pulchra et multum utilis in qua de uerbo et appellatione theotocos pulcherrime disputat contra Nestorium<sup>1</sup>, licet nusquam illum nominet, et quia Nestorius simultatis aduersus Cirillum occasionem sumens palam illum carpere apud plerosque cepit.
- 2 Cyrilli ad Nestorium epistola, cum ad illum peruenisset quenam contra se loqueretur Nestorius, in qua silere se non posse nec debere constanter asseuerat cum illius impium dogma ubique vulgatum sit, ita ut Celestini romani pontificis ipsorumque Rome congregatorum hoc didicerit litteris, quibus multum scandalizati sunt, orientalesque ferme omnes ecclesie scandalum pasce [sic] referuntur, hortaturque ut corrigat que pessime scripsit, se paratum esse dicens pro fidei defensione et carcerem subire et mortem et omnia facere et pati, meminit et libri de Trinitate ab se scripti cum adhuc esset prespiter.
- 3 Nestorii ad Cirillum epistola breuis expostulans et fictam modestiam preferens.
- 4 Cirilli ad Nestorium epistola in qua primum queritur a quibusdam sibi crimina obici presente Nestorio ab hiis qui illi gratificari studerent indigna prorsus et illiberalia, additque protinus exhortationem de incarnatione uerbi et de duabus naturis in una Christi persona, exponens aper-[f. 118 b]te quid sentiendum catholice sit.
- 5 Nestorii ad Cirillum epistola plena contumeliis atque blasphemias, quibus omnia ab illo allegata peruertere nititur suamque asserere impietatem, ubi apertissime ullo tegmine<sup>2</sup> quid de separatione personarum sentiat profitetur duosque filios predicat.
- 6 Cyrilli ad Nestorium prolixa epistola in qua blasphemias illius coarguit et conuincit euidentissimis argumentis et scripture sacre testimoniis, addens in fine epistole .xii. capitula quibus illum oportere consentire asseuerat quibus quidem .xii. capitulis cuncta uenena produntur impii illius dogmatis.
- 7 Cyrilli ad reginas Eudotiam et Pulcheriam de rectitudine fidei prolixus liber cum plurimis scripture sacre testimoniis, ubi tota illius intentio dogma Nestorii iugulat.
- 8 Eiusdem<sup>3</sup> ad easdem prolixus aliis liber ubi de uera et intemerata fide in dominum Saluatorem disputans et contra Nestorium pugnans plura de scripturis diuinis obscuriora disserit.
- 9 Eiusdem ad imperatorem Theodosium prolixus item liber de uera et recta fide in dominum nostrum Iesum Christum contra Nestorium.
- 10 Theodosii epistola ad Cirillum in qua culpat quod ad se alia atque ad reginas alia scripserit quasi seditionem et scandalum excitare molitus sit inter ecclesiam et se, ymmo inter se et reginas, et que scripsit a patri-

<sup>1</sup>=V 1, CT 1    <sup>2</sup>=V 2, CT 2    <sup>3</sup>=V 3, CT 3    <sup>4</sup>=V 4, CT 6    <sup>5</sup>=V 5,  
CT 7    <sup>6</sup>=V 6, CT 8    <sup>7</sup>=V 149    <sup>8</sup>=V 150    <sup>9</sup>=V 7    <sup>10</sup>=V 8, CT 20.

<sup>1</sup> Nescorium scribit B semper

<sup>2</sup> teginente B

<sup>3</sup> Ciusdam B

bus ad concilium euocandis discutienda protestatur cum quibus et illum adesse [f. 118 c] ad statu[tu]m per alias litteras tempus admonet.

11 Celestini romani pontificis ad Cyrillum epistola plena laudibus per quam scripta illius contra Nestorium mirifice approbat omnia, et romane ecclesie concordare fidei per omnia asserit, cupitque se aliquid addere sed nichil addi posse confirmat, hortaturque in fine ut siquidem ille resipiscere admonitus velit venia, sin autem admonet ut auctoritate sedis apostolice viceque sua quam illi delegat post decimum admonitionis diem, nisi ille in scriptis que pessime dixerit dampnet et se fidem integrum et illibatam de incarnatione domini se tenere fateatur, quam et romana ecclesia et Cyrillus ipse teneret, ille constantinopolitane ecclesie prouidens nouerit illum ab ecclesie corpore amouendum, etc. ne pestis illa per totum ecclesie serpet corpus. Idipsum autem se et Iohanni et Rufo et Iuuinali et Flauiano episcopis (se) scripsisse significat. Iubet eciam quos ille dampnauerat uel communione priuauerat restitu.

12 Cyrilli ad Celestinum prolixa epistola qua diligenter exponit de Nestorio omnia oratque et postulat succurri labentibus rebus multumque ardenter instat asserens omnes commotas esse dei ecclesias et episcopos Macedonie maxime paratos ad fidei instruendam ueritatem. Mittit ad illum epistolas suas et XII. capitula et thomos traducta omnia, ut Alexandria potuerat fieri, et incipit: *Siquidem tacere licuisset et non omnia tue exponere* [f. 118 d] *sanctitati.*

13 Celestini ad Nestorium prolixa et grauis multum epistola qua illius coarguit impios sensus, docens illum neque predecessoribus suis Iohanni, Attico, Sissinnio, neque suis auspiciis seu uerius opinioni respondisse, cum et ille gratulatus esset primum cum sacerdotibus orientalibus electioni eius. Toto epistole textu inuehitur in eum acriter, probatque maxime Cyrillum quem asserit fidei sue per omnia esse concordem; prolixos ad eum libros plenos blasphemie ab se missos ob interpretationis tarditatem tardius legisse ait. Postremo de originali peccato ipsius opinionem non improbat licet arguit quod in grauissimis lapsus istius putauerit inquirenda se non paratum asseuerat eumque ab ecclesie corpore precisurum nisi infra x. diem ab istiusmodi admonitione relinquit errorem et in scriptis dampnet sequiturque per omnia Cyrilli fidem que esset ecclesie romane, et que ab illo scripta sunt omnia probet, iubetque abiectos a se restitui.

14 Eiusdem epistola ad presbyteros, diacones et clerum ac populum constantinopolitanum ubi primum potentissime hortatur populum constantinopolitanum ad perseuerantiam fidei et ad euitandas blasphemias Nestorii. Deinde uertit sermonem ad clericos eosque animat ad perferendas constanter iniurias a Nestorio illatas, inducens Athanasii exemplum qui, persecutoribus uariis et exiliis exercitus, ad romanam confugit ecclesiam ibi[119 a]que communione fruitur apostolice sedis restitutus est, unde semper catholicis auxilium prouenit; dicit omnia ab Nestorio uel suis complicibus gesta postquam despere incepit sententiasque omnes contra catholicos latas ab se fuisse irrititas, siue excommunicationis siue cuiuscumque alterius pena; significat se Nestorio scribere litterasque ad Cyrillum mittere cui uices commiserit suas cum non possit ipse

- presens esse, ut opus erat, sententieque in Nestorium late, nisi resipiscat copiam mittit plenam apostolice auctoritatis.
- 15 Eiusdem ad Iohannem Anthiocenum epistola contra Nestorium in qua repetit illum (ab se), nisi resipiscat et scripto priores blasphemias dampnet, ab se esse dampnatum ac nisi romane et alexandrine et catholice ecclesie fidem de natuitate Salvatoris per omnia teneat.
- 16 Cyrilli ad Iohannem Anthiocenum epistola in qua narrat Nestorium ab se admonitum secundo, non modo non resipuisse uerum et Romanum misisse prolixam litteram et quaterniones plures suarum expositionum, que cum omnia in concilio romano relecta essent exclamasse omnes contra tales impietatem et contra auctorem dictasse sententiam; scripsisse Celestimum et ad alios qui semper sequerentur romane ecclesie decreta; se quoque illius ecclesie sententiam seque [sequi?] nec a tantorum uirorum communione separetur.
- 17 Iohannis anthioceni ad Nestorium epistola qua illi amice consulit multumque instat ut corri[119 b]gat que scripsit et acquiescat dicere theotocon beatam uirginem, ostendens non esse nouum ut quis erret, quia neque nisi gloriosus corrigere que quis inconsiderantius dixerit, exemplo Theodori episcopi qui publice retractasset que male dixerat, multumque formidare sententiam romanorum cui et Egiptus et Macedonia consentiret. Oratque ut pacifico pectore legat, neque breuem arbitratur terminum x. dierum a romano pontifici prestitum cum intra unam diem ymmo paucissimas horas fieri possit ista correctio. Admonet litteras istas ro[mani] pon[tificis] causam prebere multis qui sibi aduersarentur, satisque studere Nestorio cernitur cum se quoque et ceteros eis litteris ledendis insinuat, istaque significat scribere de consensu Archelai, Apringii, Theodoreti, Helyadis, Meletii Machariique sibi tunc assistentium episcoporum. Meminit et Hyronei comitis quasi uel tunc fauentis Nestorio.
- 18 Cyrilli ad Iuuenalem episcopum Ierosolimitanum epistola ardens qua illum excitat contra impietatem Nestorii, narrans neque sibi illum cessisse sed romano pontifici scripsisse, etc. hortaturque excitandum imperatorem ne plus gratificari uelit quam ueritati, litteras pontificis romani se ad illum misurum sibique illum imputare debere que fient.
- 19 Cyrilli ad Achatium epistola qua dolet Nestorium impie agere et tollerasse Theodorum quendam qui publice in ecclesia dixerat, se presente: Si quis beatam uirginem theotocon dixerit anathema sit. Extomos appellauit, singula [119 c] blasphemii hominis confutans. Est autem egregium et prolixum opus.
- 20 Cyrilli ex Rodo epistola ad clerum et populum Alexandrinum ubi narrat prospero cursu magnum illud pelagus peregisse, hortaturque miro affectu ut pro se et pro communibus ecclesie negotiis perseveranter orent.
- 21 Eiusdem ad eosdem ex Epheso scripta epistola qua illos miro affectu complectitur et plenos bone spei reddit, appropinquare dicens concilii diem, signansque tacite adesse Nestorium quem dicit in perniciem cum suis ruiturum, cum aduersus deum pugnare contendat, et ut orationi perseveranter incumbant monet.

- 22 Eiusdem ad eosdem, qua significat xxviii mensis maii sanctam synodum Ephesi congregatam, cum tertio accersitus noluisset infelix adessee Nestorius eum deposuisse episcopatuque deiecerisse cum essent episcopi fere .ccc<sup>b</sup>, populumque omnem usque ad noctem expectasse iudicium synodi, eiusque damnatione comperta, omnes una uoce laudasse synodum sanctam deumque glorificasse quia corruisset fidei hostis, exeuntesque de ecclesia cum lampadibus usque ad diuersorum deduxisse, perque ciuitatem totam ignes fuisse et cereos, mulieresque cum thuribilibus precessisse letitiaeque omnia plena esse; hortaturque ut orationi insistent ut celeriter regredi possit.
- 23 Eiusdem ad eos ubi eadem repetit abortasque difficultates asserit quasdam; auctorem tamen scelestissime heresim dampnatum asserit, et bona spe iubens ut intentiores preces ad dominum [119 d] fundant hortatur.
- 24 Iohannis anthioceni episcopi epistola ad Cyrillum ex itinere qua multum se egre ferre asserit quod tam diu illius frustretur aspectibus, oraque ut sibi felicem precetur aduentum quo inuicem frui maturius possint.
- 25 Sacra Theodosii ad sanctam synodum per Candidianum domesticorum comitem missa quem prefecisse ait ad tuendam synodum ne a quocumque posset perturbari, cui neque monachi neque laici interesse possint, mandatumque predictum comiti ne quemquam abire permittat aut exercitum adire nisi predifinita fuerint que de dogmatibus in questionem uenient, nullamque aliam causam seu pecuniariam seu criminalem ibi agi. Addit et Hireneum comitem, amicitie tantum causa cum Nestorio, uenisse.
- 26 a Lecta uero in sinodo diuali epistola, geruntur a sanctis patribus que inferius continentur:
- b Congregata Ephesi synodo ex statuto Imperatorum et referentibus sanctis episcopis Cyrillo Alexandrino, vices etiam agente et locum tenente Sanctissimi et reuerendissimi romane urbis archiepiscopi Celestini, et ceteris qui notantur ex nomine.
- c Petrus presbyter Alexandre ecclesie et primicerius notariorum dixit: Cum primo ordinatus est reuerendissimus Nestorius constantinopolitane ecclesie episcopus paucis post diebus de late sunt a quodam ipsius expositiones quedam que lectores maxime perturbant magnus [120 a]que inde tumultus in ecclesiis excitaretur. Id cum didicisset sanctissimus alexandrinus presul Cyrillus scripsit ad illius reuerentiam primam et secundam epistolam consilio et salutari admonitione plenas. Ad has ille scripsit contraria hiis que missa fuerant. Preterea cum didicisset memoratus Cyrillus missas etiam Romam fuisse a Nestorio epistolas et expositionum suarum libros, et ipse ad sanctissimum romane ecclesie episcopum Celestimum per Possidonium diaconum scripsit, mandans siquidem ut inueniret libros expositionum fuisse redditos et epistolas suas et litteras redderet. Alioquin eas hoc referret. Ille ubi inuenit libros una cum epistolis redditos, necessario ipse quoque epistolas reddidit. Rescripsit sanctissimus romane ecclesie presul Celestinus con-

22 = V 28, CT 29

23 = V 29

24 = V 30, CT 21

25 = V 31, CT 23

26 a-c = V 32-34, Ver 11

grua. Quoniam uero ex Imperatorum nutu sancta uestra Synodus collecta hic est, necessario eam admonemus nos cartas istiusmodi habere. Quid iubet sanctitas uestra.

- 26 d** Iuuenalis Ierosolimitanus episcopus dixit: Legatur sacra piissimorum imperatorum epistola ad singulos metropolitas scripta; ipsaque preluceat agendorum nunc commentariis. Sumptam Petrus alexandrinus presbyter legit.
- e** Firmus episcopus Capadocie dixit: Hoc testimonio Reuerendissimi ephesini episcopi Memmonis testimonio discamus; quot dies fluxerunt post nostrum aduentum.
- f** Memmon episcopus ephesinus dixit[120 b]:A prestito in sacra imperatorum die transierunt XVI dies.
- g** Cyrillus episcopus alexandrinus dixit: Satis sustinuit hec sancta synodus eorum adventum qui uenturi expectabantur sanctorum episcoporum. Quoniam uero plerique ex ipsis partim morbi correpti partim uita functi sunt, consequens est hiis que iussa sunt satisfacere et pro utilitate totius orbis de fide disserere. Legantur iam que ad materiam conferunt scripta, maxime quia et secunda sanctio serenissimorum principum per magnificentissimum domesticorum comitem Candidianum recitatum (*sic*) est quo iubemur de fide scrutari sine dilatione ulla.
- h** Theodotus Ancyre episcopus dixit: scriptorum lectio suo tempore fiet nec tamen opere pretium est reuerendissimum episcopum adesse Nestorium hiis que geruntur ut que ad religionem pertinent communis sententia consensuque firmentur.
- i** Hermogenes Rynocrie episcopus retulit quomodo superiore die missus a sacra sinodo ad Nestorium responsum retulit quod deliberare uellet. Hoc ipsum et Athanasius et Petrus episcopi dixerunt. Pauliamus episcopus Lampe<sup>1</sup>, se quoque missum cum sociis vocasse Nestorium ad Synodum, retulit et eos qui secum erant episcopos idemque retulisse responsum.
- k** Flauianus Philipensis episcopus monuit tertio illum per reuerendissimos episcopos euocari, missique [120 c] tertio tres reuerendissimi episcopi cum scripto mandato, reversique nunliarunt se domum eius offendisse militibus plenam qui eos ingredi ad Nestorium non permetterent, instantibus autem et ut cartula ad eum perferretur orantibus, clericos hoc idem responsum acceperunt: illum acquiescere et nolle turbari. Postremo Florentius, Candidiani comitis sotius, cum ad eum ingressus esset cum clericis nichil profecit dicens illum se quidem non inuenisse sed mandatum illi esse: quod cum conuenerint omnes episcopi et ipse quoque aderit.
- 27** Scripsit autem Nestorius ad Imperatorem ex Epheso culpans sanctam Synodum quod expectare noluisset aduentum episcoporum orientalium et Iohannis maxime, quibus presentibus se uelle interesse concilio, id approbante Candidiano comite, culpat Cyrillum et Memnonem quasi seditionis auctores, subscribunt episcopi .vii. Incipit autem epistola: *Ephesum a pietate uestra ire iussi.*

26 d-k = V 35-39, Ver 11<sup>1,2</sup>

27 = V 146, CT 83 : In Ephesenam ciuitatem conuocati.

<sup>1</sup> Tape B

- 28 a Flauianus episcopus dixit: ne quid preter canones fiat tertio illum cum monitorio conuocemus aliis missis episcopis. Profecti episcopi quatuor domum septam armatis inuenierunt, et cum diu orarent ut ingredi possent uel ipsi nuntiari, neutrum consequi potuerunt. His renuntiatis, Iuuenalis Ierosolimitanus episcopus dixit; Quando quidem satisfactum est canon et non modo ter uerum et quater euocatus Nestorius non uenit, constat illum conscientie diffidentem ad sanctam Synodum accedere nolle.
- b [120 d] Quocirca procedatur iam iuxta canonum ordinem ad ea que fidei integritatem constantiamque commendant. Et in primis legatur que a patribus Nicene diffinita de fide sunt ut collatis cum hac fidei expositione que scripta sunt consona hiis approbentur dissonaque rei-tiantur.
- c Lectum est primo Symbolum Nicene synodi; tum demum recitate sunt Cyrilli ad Nestorium epistole. Cyrus ad hec orauit Synodum an sibi uideretur consona scripsisse niceno symbolo. Omnes sigillatim episcopi miris laudibus predican suscipiuntque Cyrilli fidem ut in nullo a niceno symbolo disentientem, ymmo que breuius posita sunt mirabili cura exponentem sicque se consentire asseuerant.
- d Post hec Palladius Amassie episcopus recitari postulauit Nestorii ad Cyrrillum epistolam, qua perfecta Cyrrillus episcopus interrogat sanctam Synodum quid illis de memorata uideretur epistola et an concordare nicene fidei putaretur.
- e Iuuenalis episcopus primus eam nequaquam concordare niceno symbolo ait, eosque qui ita sentirent anathema subdit quia essent aliena a sanctorum patrum pietate. Sicque deinceps sigillatim omnes statuerunt. Cuncti uero simul episcopi clamauerunt: qui non anathematizat Nestorium anathema sit, hunc recta anathematizat fides, hunc synodus anathematizat, qui Nestorio communicat anathema sit. Omnes anatheinatizamus epistolam dogmaque Nestorii, hereticum Nestorium anathematizamus omnes. Qui Nestorio com[121 a]municat anathematizamus omnes. Impiam Nestorii fidem anathematizamus omnes. Impium Nestorii dogma anathematizamus omnes. Impium Nestorium anathematizamus omnes. Totus orbis impiam eius religionem anathematizat. Qui hunc non anathematizat anathema sit. Hunc recta anathematizat fides, hunc sancta synodus anathematizat. Qui Nestorio communicat anathema sit.
- f Iuuenalis episcopus recitari peciit sanctissimi Celestini romani pontificis de recta fide epistolam; ea relecta postulatum est ut Cyrrilli quoque ultima ad Nestorium epistola legeretur. Ea perfecta, facta fides est utramque fuisse Nestorio presentatam a Theopenito<sup>1</sup>, Daniele, Potamone et Cogario<sup>2</sup> reverendissimis episcopis. Fidus episcopus Nestorium in impietate durare (quod) confessus est quod dicent qui(d) cum illo disputatione Achatius et Theodotus. Cyrus ad id hortatus est memoratos episcopos. Theodotus ex illius disputatione ista collegit, docens eum dixisse non oportere in deo lactationem et ex uirginitatem [uirgine natuitatem?] dicere et bimestrem et trimestrem deum non esse appellandum,

28 a = CT 24<sup>th</sup> (Cfr. V 41-43, Ver 12-15)

<sup>1</sup> Theopenito

<sup>2</sup> Comario.

istaque presentibus plurimis. Achatius<sup>1</sup> cum illum ab errore conaretur auertere ex interrogatione illius improba inferre ait, aut negare penitus unigeniti deitatem sumpsisse hominem, aut quod esset impium confiteri, etc.

**28g** Flauianus episcopus ait oportere scrutari quenam fuerit de dogmate sanctorum patrum opinio. Lecta sunt ex Petro martyre in libro de deitate capitula [121 b] duo, Athanasii ex libro contra arianos et ex epistola ad Epitetum duo capitula, Iulii romani pontificis ex epistola ad Dotium, romani pontificis Felicis et martiris ex epistola ad Maximum, Theophili episcopi alexandrini ex epistola v II capitula, Cypriani martyris ex libro de elemosinis, Ambrosii episcopi mediolanensis due allegationes, Gregorii nazianzeni, quibus omnibus docetur Christum deum et hominem unum esse filium dei deique genitricem esse Mariam.

**h** Sequuntur anathematismi VII contra Nestorii heresim Basilii, Gregorii Nyceni, Attici Constantipolitani, Amphilochii iconensis episcopi, due fides nicene synodi.

**29** Sequuntur gesta Charisii presbyteri et economi philadelphinensis ecclesie quibus accedens ad sanctam synodus docuit quosdam cum ex heresi qua tenebantur emergere cuperent, uenientibus Anthonio et Iacobo patribus<sup>2</sup> Nestorii potius fuisse submersos et in heresim deteriorem cecidisse data sibi in forma symboli expositionem fidei, porrectique sunt libelli a Charisio sancte synodo quibus non modo Nestorium uerum et Athanasium et Photium et Iacobum presbyteros eadem docere, se catholicum fuisse priuatum ab eo asseuerat, omnes [petunt] ut legatur symbolum nestorianum eiusque expositio cui subitantur tria anathemata. Post, Budius, Hesichius, Rufinus, Eugenius, Faustinus, Dalmatius, Flavius Polichromus, Eustachius, Piditius, Eutichius, Patrius anathematizantes omnem heresim suscipi se<sup>3</sup> in catholica ecclesia postularunt.

**30** Hiis [121 c] recitatis, diffinuit sancta synodus nemini licere alteram fidem proferre seu conscribere aut componere preter eam quam sancti patres niceni concilii cum Spiritu Sancto congregati diffinierunt, anathemati subcientes si qui id facere presumerent, etc.

**31** Relecta sunt postea a Petro presbytero Nestorii blasphemie ex illius excerte libris et per quaterniones notate capitula xxv. Et cum episcoporum aures plura audire non possent, subiicitur a Petro primicerio notariorum episcopi Capreoli Cartaginensis epistola, qua excusat episcopos illarum partium ad conductum diem occurrere nequaquam posse; beatissimumque Augustinum ab imperatore specialiter postulatum vita functum esse; imperatoris litteras ad Augustinum proprie directas ad se in Pascha peruenisse, vix duos menses superesse, quibus congregare non sufficeret Africe episcopos etiam paccatis rebus, incursumque barbarorum per totam prouinciam notat. Antiquam patrum fidem probat et suscipit, nouitatesque omnes adversatur cum sancta synodo.

**33** Ea perfecta, sancta synodus Nestorium tertio euocatum neque uenire uolentem, per quod eius discutienda scripta necessario erat deuen-

**29** = A 76<sup>as</sup>, P 38<sup>as</sup>    **30** = CT 27<sup>4</sup>    **31** = CT 24<sup>as, 27</sup>    **32** = V 61, CT 24<sup>as</sup>    **33** = V 62,  
CT 25

<sup>1</sup> Acrius *B*

<sup>2</sup> partibus?

<sup>3</sup> suscipisse *B*

tum plena blasphemii, constricta canonibus et epistola romani pont., multis profusis lacrimis, alienum esse a dignitate pontificis et ab omni sacerdotali ordine statuit. Subscriperunt eius dampnationi cxxxvii epis copi, alibi plures quam ducenti inueniantur.

34 [121 d] Dampnatio facta, sancta synodus dei gratia Ephesi congregata Nestorio nouo Iude hec mandat: Scias te, propter impias predicationes tuas et quia sacris canonibus parere noluisti, iuxta quod ecclesiastica iura decernunt, xxvii presentis mensis iunii a sancta synodo esse depositum et ab omni sacerdotali gradu alienum. Postridie quam depositus fuerit hoc illi mandatum missum est.

35 Scriptum est deinceps ad clericos et dispensatores Constantinopolitane ecclesie depositum esse Nestorium, ut servent omnia quasi rationem deo reddituri et principibus et ordinando episcopo.

36 Dum hec aguntur tanta fuit Nestorio studentium uis ut nichil nisi a Nestorio uel ex Epheso Constantinopolim uel in Ephesum mitti posset; obsidebantur itinera et maria uti ne quis uel a synodo uel ad synodium perferre litteras posset. Deo tamen agente mendicus quidam Synodi litteras arundini includens quam manu gestabat agnitus non est: Is monachos omnes et abbates mouet sanctumque Dalmatium qui inclusus annis XLVIII numquam cellula egredi passus fuerat, ne imperatore quidem orante cum terremotus quateret ciuitatem, tunc enim ipse cum monachorum et fidelium multitudine ciuitatem ingressus atque ad palatium profectus litteras synodi publice legit que ita incipiunt: *Sperabamus, uenerabiles fratres, Nestorium, etc.* In quibus litteris totum rei geste ordinem narrant, [122 a] exponentes depositum esse Nestorium et se non permitti litteras mittere.

38 Hiis lectis, populus omnis una uoce clamant: Anathema Nestorio. Ascendens uero in sublime sanctus Dalmatius, postulato silentio, imperatoris bonam aperuit mentem, dicens sinodi eum litteras reuerenter perlegisse eiusque iudicia sequi paratum, preferreque sex milia episcorum uni Nestorio.

39 Scripsit item Cyrus patribus monachorum epistolam cuius est initium: *Dominus noster Jesus Christus* qua paucis significat gesta, omnes ut pro ecclesiarum pace preces domino fundant. Scripsit autem et ad clerum et ad populum Synodus litteras, quorum initium est: *Nullus qui creatori suo aduersari ausus sit* quibus hortatur ut pro sinceritate fidei gaudeant restituta.

41 Reginus cyprus episcopus orationem habuit Ephesi, damnato Nestorio, cuius initium est: *Michi quidem* in qua in Nestorium ardenter inuehitur. Theodotus item ancitamus episcopus Ephesi orauit; est autem orationis initium: *Quod est nostris corporibus medicus hoc sacerdos animabus* qua Nestorii arguit impium dogma. Lecta est autem ipsius et alia oratio pulchra nimis in synodo, presente Cyrillo, cuius initium est: *Est quidem preclara presentis celebritatis occasio.* Est autem tota de incarnationis sacramento. Lecta item est alia ipsius oratio in concilio que in

34 = V 63, CT 26      35 = V 65, CT 28      36 = V 66, CT 33,      37 = V 67, CT 34<sup>1</sup>:  
Sperahamus uenientem honoratissimum Nestorium      38 = V 67, CT 31<sup>2</sup>      39 = V 68,  
CT 32      40 = V 69 latine non estat      41 = V 70, CT 58      42 = V 71 latine non estat  
43 = V 72, CT 57 : Clara praesentis festiuitatis causa

- 44 natuitate domini fuerat dicta. Incipit autem: *Preclara est atque mirabilis presentis diei festiuitas; tota de incarnationis sacramento. Achatius quoque Meli[ 122 b]tinensis episcopus orauit in synodo.* Est autem eius initium: 45 *Intuenti michi dilectissimi cuius toto contextu ad tollerantiam animans presentium difficultatum eciam de dogmate et incarnationis misterio disputat contra Nestorium.*
- 46 Cyrilus post hec orationem habuit cuius est initium: *Oportebat quidem, tota eius intentio ad iugulationem impii dogmatis uigilat. Iam damnato Nestorio, eiusdem omelia sequitur dica in die sancti Iohannis euangeliste cuius initium est: Beatorum quidem glorie, et hic contra Nestorium. Eiusdem alia oratio nimium pulchra; incipit autem: Qui sacris intendunt litteris, agit item contra Nestorium.*
- 49 Eiusdem oratio pulchra que incipit: *Preclarum sanctorum patrum qui conuenerunt cerno conuentum, ubi in laude effunditur virginis contra Nestorium. Eiusdem contra Iohannem Anthiocenum post Nestorium totius seditionis auctorem, qui aduentum de industria retardauit ut Nestorio gratificaretur, iamque damnato Nestoric Ephesum ueniens seditiones commouit. Incipit autem: Vim caritatis in Deum.* Eum denique Iohannes memoratus cum paucis sue partis episcopis una cum Memmone Ephesino episcopo deposuerat multum temere et totam simul sanctam synodus communione priuauerat. Eiusdem oratio habita priusquam detineretur a comite et a militibus seruaretur. Incipit autem: *Beatus propheta Dauid, hortatur autem ad tollerantiam mirabili potentia persuadendi.*
- 52 Sequitur relatio synodi ad Imperatores de depositione Nestorii, cuius initium est: *Acceptam a maioribus fidei ueritatem pietas [122 c] uestra in qua omnia per ordinem gesta narrantur.*
- 53 Relatio item inseritur facta Celestino romano pontifici cuius initium est: *Tue sanctitatis erga fidei pietatem zelus.* Eocet autem per ordinem que gesta sunt omnia et tardationem anthioceni Iohannis ex industria factam et euocationem Nestorii et omnia et postremo dampnationem eius.
- 54 Imperatores ex Candidiano comite qui saepebat Nestorio percepto nuntio quod in synodo perturbate omnia et ex odio gesta fuissent scribunt synodo, irrita esse iubentes que facta fuerant omnia, precipiuntque ut simul omnes una cum Iohanne anthioceno et complicibus eius denuo conueniant, dicentes se missuros qui neminem inde abire permittat donec finis rei detur. Incipit autem sacra: *Magnificentissimo comite Candidiano renuntiante cognouimus.*
- 55 Respondet sancta synodus constantissime asserens Candidianum studentem Nestorio commentaria gestorum et litteras synodi ad eos subduxisse ne scire possent consequentiam rerum, eisque falsa scripsisse una cum Iohanne anthioceno quem neque ad statutum tempus occurrisse

44 = V 73, CT 56: Clara et inaequabilis praesentis causa festiuitatis 45 = V 74 latine non extat 46 = V 75, CT 53 47 = V 76, CT 51 : Sanctorum quidem et honore et gloria 48 = V 77, CT 54 : Qui sacras respiciunt scripturas 49 = V 80 latine non extat 50 = V 78, CT 52 : Caritatis in Deum uirtutem 51 = V 77, CT 55 52 = V 81, CT 30 : A progenitoribus ueram fidem percipiens. 53 = V 82, CT 59 : Tuue quidem sanctitatis circa pietatem zelus 54 = V 83, CT 34 : Magrificentissimo comite deuotissimorum domesticorum Candidiano insinuante didicit nostra petas 55 = V 84, CT 38 : Vesta quidem potestas pietatem firmare uolens

et aperte fauere Nestorio. Orantque ut accersant Candidianum ipsum et quinque episcopos ex synodo ut accipere possint ueritatem; docent plerosque episcopos prius fauentes Nestorio simulanti se recte sentire, comperta eius impietate, redisse ad sanctam synodum; Iohannem cum paucis episcopis eisque hereticis esse, secum episcopos ex toto orbe et romane auctoritatem sedis et Africe in persona Cyrilli cui eciam ui- [122 d]ces suas permiserunt. Significant et Hyreneum comitem totam perturbasse synodum, sanctisque episcopis magnum intentasse metum per externos incursus ut plurimi periclitarentur. Que omnia se palam probaturos si quando principes adire datum fuerit. Orantque permitti ut quinque episcopi mittantur ad eos; est autem epistole initium: *Vestrum quidem imperium pietatem roborare studiose cupiens, etc.*

56 Scripsit sancta synodus ad clerum et populum constantinopolitanum significans Nestorii depositionem; incipit autem epistola: *Ad nuntium plenum gemitis uenimus, hortantque ut orent dignum tanto sacerdotio successorem illi dari.*

57 Rescriptum constantinopolitani cleri ad sanctam synodum cuius initium est: *Semper et ab ineunte etate,* insinuant se litteras ab imperatoribus acceptas de depositione Nestorii corruptoris sanctorum dogmatum suscepisse, easque populo uniuerso legisse maxima cum laude et acclamacione omnium, hortanturque et orant ut ecclesie illi dignum preficere studeant sacerdotem.

58 a Sanctissimi episcopi Cyrillus et Memnon cum accepissent quod Iohannes contra se egisset, libellos dederunt sancte synodo quibus quid ad se peruenisset insinuantes erant, ut si quid erroris in se cognoscerent dicant, paratos esse ad satisfactionem. Sed et vocari Ioannem ipsum accusatorem suum postulant ut coram accuset. Constitutique [123 a] tres episcopi sunt qui Iohanni nuntiarent ut ueniret ad Synodum rationem redditurus, uenire contempsit. Rursum tres alii missi eum alloqui non potuerunt. Tertio missi tres alii responsum retulerunt: ego a me excommunicatos non obedio, domumque suam militibus sepsit qui uenientes deterrent. Instante Cyrillo ut in eum decerneretur quippe accusatorem fallacem et sancte synodo non parentem, Iuuenal is episcopus denuo mitti episcopos suadet. Missi tres alii episcopi ac reversi, eadem referunt.

b Cyrilus et Memnon asserunt Iohannem si quidem ueritatem fouveret omnino esse uenturum, postulantque in ipsum animaduerti secundum canones et declarari que ab ipso essent gesta nichil ualere. Ad hec sancta synodus respondet: Ista quidem nichil habere momenti que ab Iohanne essent gesta, ea tamen in aures principum referenda ipsumque demum euocandum.

c Postridie postulant Cyrilus et Memnon ut, iuxta condictum, Iohannes euocetur. Missi tres episcopi nichil referre potuerunt nisi quod imperatoris expectaret sententiam. Cyrilus ad hec iuxta canones procedi orat, sancta synodus Iohannem ab ecclesiastica communione alienum censem ne quid per sacerdotalem auctoritatem quempiam nocere possit usque ad penitentiam dignam, que uero ab eo contra sanctos episcopos inique gesta sunt, abrogat. Subscribunt et sedis apostolice legati.

56 = V 85, CT 36 : Venimus ad nuntium nimis ingemescendum 57 = V 86, CT 37 : Semper et a inuentute, T : iuuenili aetate 58 a = V 87-90, Ver 20 (Cfr. CT 39)

59 Scribit deinceps sancta sinodus episcopis omnibus per singulas prouincias constitutis que Ephesi erant gesta significans. In [123b] cipit autem epistola: *Congregatis nobis*, decernitque si quis uelit aliquid immutare ex hiis que essent gesta pena plectendum.

60 Relatio sequitur ad Imperatores a synodo facta cuius initium est: *Ea quidem que sancta synodo a uestro imperio*, etc., referunt de Anthioceno Iohanne que gesta erant, rogantque confirmari que de fide synodus tatuisset.

61 Littere sancte synodi siue commonitorium hiis qui a synodo ad Imperatorem mittebantur quid sibi esset faciendum. Monent ante omnia ut Iohanni non communicent ulla ratione nisi heresim Nestorii dampnet, quia tunc usque Nestorio communicarent, synodique decreta uiolarent, egissent temere contra concilii presides Cirillum scilicet et Memnonem. Quod si forte imperatores eos ad communionem illis dandam prouocant, hac demum lege in communionem accepturos policeantur: si pri-  
mum Nestorium et illius impium dogma anathematizarent, et simul omnes qui eadem senserunt [uel] sentiunt [uel] sentient, dampnationique subscri-  
bant et libellis porrectis sibi a sancta synodo ueniam humiliter postulent  
pro hiis que gesserunt maxime contra synodi presules et contra synodum ip-  
sam, ipsosque presules sibi restituendos cure[n]t, nam utrumque Hyrenius  
comes detinebat, ut ex epistola eius et relatione ad imperatores patet, qua  
acersitos et non reluctant regio precepto constrinxisse fatetur. Et tunc  
demum pollicentur<sup>1</sup> neque tamen exhibeant communionem nisi prius  
concilii scribant ut de omnium fiat consensu, admonentur [123 c] sub  
excommunicationis pena ne in aliquo mandata sibi a synodo transgrediantur.

62 Mittuntur et aperte orientalium .vii. episcopi, sic enim mandauerant principes uti viii ex utraque parte irent, qui illis presentibus rem agerent, inter quos Iohannes ipse anthiocenus, quibus a suis plenissima potestas datur agendi omnia que conferre paci ecclesiastice iudicauerint subscribere et de absentibus polliceri omnia, electis dumtaxat .xii. Cyrilli capitulis et anathematismis que contra fidem niceni concilii facta mem-  
orabant. Traditur et a suis totius fidei nicene quam se tueri velle simplicem absque adiectione aliqua fatentur, et cuius uindicande gratia se egisse contra Cyrilum et Memnonem ut nouorum auctores et hereticorum dogmatum uideri uolunt, cui fidei subscripterunt omnes.

63 Scribunt et Rufo Thessalonicensi memorati orientales episcopi octo epistolam, inde occasione accepta quod sanctus uir cuidam ex eis scripserit tuendam esse fidem a patribus traditam, quo zelo fidei Cyrilum ob .xii. capitula que heretica uocant se depositisse et Memnonem et illius fautorem asserunt, dicentes tam illos quam omnes sanctos episco-  
pos communione ab se priuatos, non permittit sacris insistere quod hii fecerunt qui Cyrillo et Memnoni communicarint iugiter et eis qui fuis-  
sent euchitarum<sup>2</sup> et Pelagii heresis causa depositi. Se perstare in fide sanctorum patrum Eustachii anthioceni, Basillii, Gregorii, Iohannis, Athanasii, Theophili, Damasi romani et Ambrosii [123 d] mediolanensis,

59 = V 91, CT 311 : Nobis secundum pias litteras congregatis      60 = V 92, CT 39, Ver 21 :  
Quae quidem imperata sunt sanctae huic synodo a uestra serenitate      61 = V 95, CT 60  
62 = V 96, CT 62      63 = V 97.

<sup>1</sup> confer originale

<sup>2</sup> cuchitarum B

cum Cyrilli capitula Apollinaris et Arrii et Eunomii heresim sariant. Non debere enim credere epistole Cyrilli qua perniciosa dogmata tegere nititur. Italicos huiusmodi nouitatem non tolleraturos quando et reuerendissimus Martinus mediolanensis episcopus litteras tam ad eos quam ad Imperatores direxerit, lib(e)rumque unum sancti Ambrosii de incarnatione domini qui contraria hereticis capitulo doceat. Illos undique sibi congregasse multitudinem, et arte et astucia atque pecuniis cuncta uelle corrumpere; hortantur hunc ut Cyrilli capitula secum dampnet et fidem nicenam simpliciter vindicet. Docentesque se a suis ad imperatorem missos. Adherebat etiam Rufus ille sancto concilio uicesque suas sancto cuidam uno commiserat. Quocirca blandientes in principio epistole valde lessam esse catholicam fidem ex ipsius absentia predictant.

64 Qui vero Constantinopoli erant episcopi et clerici, compertis que contra Cyrrillum et Memnonem fuerant gesta, scribunt ad synodum litteras ita inchoantes: *Oportebat nos quidem non animis solum uerum etiam interesse corporibus ut cum sanctitate uestra pressurarum onera partiremur.* Afferunt non posse corporaliter pergere quod maria et itinera ob siderentur, neque adiri possent. Ceterum se alacritate animi occurrere et inferre quod possunt confirmingo fidelium corda. Ipsosque ad tollerantiam ardenter hortantur. Atque in fine postulant mandari sibi [124 a] a sancta synodo quid fieri uelint: utrum scilicet eos ad se ire futuros certaminum socios, an uero ibi morari cum sibi ab imperatore pollicitationes bone facte fuerint.

65 Respondet sancta synodus multumque amplectitur episcoporum qui scripserant caritatem; hortantur ut orationi insistant populosque confirmant, angustiasque exponunt suas quibus ueluti ob sessos dolent, nec mittere posse nec scribere. Orant ibi remorari, eos imperatoribus cuncta ad notitiam deducturos, et maxime contra Iohannem antiochenum illorum pulsaturos aures qui auctor scismatis sit. Mittunt et gestorum commentaria ut et ipsi legant et imperatoribus suggesterant quos latere que circa se gererentur quorumdam estu confitentur. Supplicant illi principibus libertate mirabili et sacerdotibus digna (paratos) se cum sanctis dei Cyrillo et Memnoni pro uniuersa sinodo mori paratos. Est plena dignitatis admonitio et incipit: *Scientes pietatem uestram.*

66 Scribit et Cyrillus Constantinopolitano clero dolens a Iohanne comite falso principibus fuisse suggestum sanctam synodum consensisse hiis que a Iohanne antiocheno fuerant gesta contra se et Memnonem, ymno numquam uoluisse acquiescere illum suspicere ad communionem nisi prius damnasset que impie gesserat, damnatoque Nestorio ueniam sibi a sancta synodo posceret. Quod cum memoratus comes obtainere ne quisset, orauit synodum ut expositionem fidei scriberent, cui se subscri- [124b] berent orientales. Noluit sancta synodus, dicens se non esse suspectam de heresi; conuenisse magis ut periclitanti fidei subueniretur. Imperatores non ignorare fidem in qua baptizati essent. Cupere comitem gloriari apud principes quod priuate rei causa dissidentes episcopos ad concordiam reuocasset. Addit orientales, cum fidei compонerent exposi-

64 = V 98, CT 47 : Oportebat quidem nos non animis solum sed etiam corporibus constitutos cum uestra sanctitate et temptationum participari tristitiam 65 = V 99 65 a = V 103, CT 48 66 = V 100, CT 42.

tionem, contentiose egisse, et partim suscipere theotocos uocem cum ontropotocos simul etiam beata uirgine, partim asserere sibi pati potius percidi manus quam huic uoci subscribere; hortatur ut ista omnibus nuncient et maxime patribus monachorum, ne comes ille ad quorundam gratiam alia pro aliis dicat, neque pigate illos laborare quum et extranei qui numquam uiderunt episcopi pro ipsis manus parati sunt ponere et commori. Omnes esse in magnis augustiis ait, se et Memnonem a militibus obseruari ita ut ante illorum cubicula dormiant. Alios partim infirmos, partim mortuos, plures uendere substantias ut habeant sumptus.

67 Scribit et Memnon ephesinus episcopus ad clerum constantinopolitanum narrans que contra se gererentur, utque comes Hyreneus tumultibus cottidie impleret (?)<sup>1</sup> ciuitatem, rerumque uenalium copiam uetaret inferri. Addit cum anthiocenus Iohannes urbi propinquare nuntiatus esset, sanctam synodum illi misisse in occursum episcopos plures et clericos, qui a precedentibus militibus prohibiti illi propinquare secuti sunt usque ad diuersorium, ubi cum plures expectassent horas permissi sunt ingredi tandem. Missi autem erant et officii causa et [124 c] ut illum Nestorii arcerent congressu, ubi uero ille que gesta fuerant illis narrantibus didicit, permisit ut in eos irruerent milites plagiisque conficerent et contumeliis. Regressi ubi synodo plagas ostenderunt, dei zelo excitata illum modice castigans communione priuauit. Ille, hoc comperto, depo- nit Memnonem et plebeum quandam illius loco ordinare contendit; quod ubi notum fuit, tota civitas omnes orationum occupat edes ne opus ille prorrumperet, et cum ad templum sancti Iohannis ordinandi causa uellet ascendere, seditionem excitavit septusque armatis, ita ut plerosque illic pauperes semineces redderet, ibi iniurias pertulit. Orat postremo ut Iohannis arrogantiam omnibus propalam faciant comitesque inde ammōvendos curent.

68 Scribit et synodus Imperatoribus indicans quod que contra Cyrillum et Memnonem fuerant a Iohanne gesta ulciscendi Nestorii gratia fuisse parata, falsoque fuisse suggestum illis hanc sententiam a synodo fuisse approbatam. Dolere Nestorii complices hunc fuisse donatum (?) ac per id sanctam synodum affecisse contumeliis. Orantque omnes ut concilii presides ac duces relaxentur, qui propugnatores fidei fuerunt, synodoque reddantur.

69 Scribunt ad clerum constantinopolitanum epistolam cuius initium est: *In tanta rerum tempestate uersantibus*. Est commiserationis plena epistola qua docent se iam tremestre tempus honesto carcere inclusos, dum neque adire principes ne[124 d]que scribere neque mittere neque litteras accipere tuto possint. Cuius rei causa sit quod uerentur aduersarii ne principibus nota fiant que aduersum se gesta sunt, factione maxime Iohannis instante falso renunciata principibus synodi presules a se fuisse damnatos, orantque ut ista principibus suggerant et relaxari memoratos presules poscant.

67 = V 101, CT 43    68 = V 102, CT 44    69 = V 105, CT 45: *In tanta fluctuatione rerum constitutis*

<sup>1</sup> imploët B

70 a Sequitur commentarium gestorum: presentibus episcopis et presbyteris a romano antistite missis VI idus iulias Archadio scilicet ac Projeto episcopis et Philippo presbytero. Ingressi namque memorati uiri sanctam synodum ubi aderat et Besulas diaconus a Capriolo cartaginensi episcopo missus, Philippo presbytero sedis apostolice legato loquendi faciente Archadioque et Projeto subsequentibus, dudum asserit sanctissimum Celestimum romane sedis antistitem litteras dedisse ad sanctum Cyrillum ad presentem materiam facientes que sancte sinodo recitate essent; nunc alias litteras ad synodum a memorato presule scriptas attulisse easque legi postulare, ut ex eis agnoscant quenam sit apostolice sedis pro unitate fidei et ecclesie pace sollicitudo. Cyrillus eas debito cum honore postulat legi. Syritius romane ecclesie notarius legit, et cum latine fuissent lecte postulatum est ut grece quoque legerentur. Philippus presbiter satisfactum esse consuetudine dicens ut romani pontificis litteras latine prius legerentur, grece quoque traductas, tradidit legendas. Petrus presbyter primicerius notariorum legit: *Spiritus [125 a] sancti presentiam indicat congregatio sacerdotum*, etc. usque in finem; plena est epistola romane grauitatis saluberrimeque doctrine.

70 b Ea perfecta acclamatum ab omnibus est: hoc iustum iuditium est, nouo Paulo Celestino, nouo Paulo Cyrillo, Celestino custodi fidei, Celestino unanimi synodi, Celestino uniuersa synodus gratias agit, unus Celestinus, unus Cyrillus, una synodi fides, una fides orbis.

70 c Post hec Projectus gratae subiecit Celestimum non docendi sed amonendi causa scripsisse ista concilio; Firmusque episcopus reddidit gesta concilii prius eciam a sancte sedis apostolice presule fuisse firmata litteris ad Cyrillum, Iuuenalem et Ruffum et ad sanctam constantini nopolitanam ecclesiam Iohannemque Anthiocenum quem secuta sanctam synodum in Nestorium tulisse sententiam; Archadius episcopus nauigationis tarditatem tempestatemque causatus cur tardius euenerint, orat que gesta erant eis nota fieri. Philippus item presbyter gratulatur apostolice sedis litteris fuisse acelatum (?) inferens non ignorare eos beatum Petrum apostolum fidei atque apostolorum caput esse. Oratque et ipsa que prius fuissent gesta recitari ut suo quoque consensu fermentur. Theodotus episcopus illorum laudat instantiam in qua et apostolice sedis et illorum fidei feruor elucet. Lectaque sunt gesta. Postridie conuenientibus ibidem sanctis episcopis, Iuuenalis episcopus interrogat legatos apostolice sedis quid [125 b] nam sentiant de recensito synodalium gestorum ordine. Ad hec Philippus presbyter percepisse quidem que fuerant scripta commemorat et ordinate facta omnia probat, orat tamen ea denuo legi. Petrus primicerius ordinem rei dampnationisque ipsius seriem legit. Philippus rursum omnibus seculis notum esse testatur sanctum ac beatissimum Petrum principem et caput apostolorum esse columpnam fidei et catholice ecclesie fundamentum qui a domino nostro Iesu Christo saluatore et redemptore generis humani claves regni celestis acceperit, potestatemque ligandi atque soluendi peccata sit constitutus qui nunc usque et semper in suis successoribus uiuit et iudicat; huius igitur ordine suo successor Celestinus beatissimus papa nos ad si-

70 a = V 106<sup>a</sup>, CT 35<sup>1,18</sup>, Ver 7: *Spiritus sancti testatur praesentiam congregatio sacerdotum*  
70 b = V 106<sup>b</sup>, CT 35<sup>b</sup>      70 c-d = V 106<sup>c,d</sup>

nodum sanctam misit sue presentie successores. Dampnationique deinde Nestorii ut multum rationabititer et necessario facte consentit. Archadius episcopus et legatus indolens Nestorio quod apostolice sedis non paruerit mandatis sanctorumque patrum aduersatus sit doctrinam, per que id merito dampnatus fuerit, secutus et regulas sanctissimi apostolice sedis presulis Celestini, qui se ad concilium mittere dignatus esset cum sociis pari[ter] et ipse Nestorium dampnat. Projectus episcopus et legatus iuste dampnatum esse Nestorium asserit, qui tanta clementia sancti pape Celestini sancteque sedis apostolice tantorumque patrum in suam perniciem abusus esset, ipseque diffi[125 c]nit auctoritate sancte sedis apostolice clericus<sup>1</sup> esset legatus una cum sociis dampnatum esse Nestorium.

70 d Cyillus post hec adiecit quandoquidem sancte apostolice autoritate per eius legatos Nestorii esset confirmata dampnatio, et que superiore die et que die ipsa gesta essent gestorum commentariis inserenda, ilorumque consensu subscriptione firmandum, probatum a legatis et ab omni simul synodo est. Subscriptaque Archadius episcopus et sedis apostolice legatus: sententie late contra Nestorium, auctorem scismatis et eresis omnisque blasphemie et impietatis, subscripti. Ita et reliqui.

71 Scripsit sancta synodus imperatori significans aduentum romane ecclesie legatorum; est autem initium epistole. *Curam et sollicitudinem uestram erga pietatem, prestantissimi principes.* Docent romane ecclesie et apostolice sedis episcopum Celestimum et prius per litteras ad Cyrillum datas de fidei ueritate sancte synodo consensisse eique delegasse uices suas, et nunc misisse legatos qui tam ipsius quam totius occidentalis synodi locum referrent, cum ob uie longitudinem nequaquam ocurrere omnes potuerint, qui per omnia congruentes sinodo gesta contra Nestorium per legatos roboraruut et sua subscriptione firmarunt. Orat ut peractis omnibus quorum gratia fuerint euocati, iam liberis abire liceat et uacare eligendo regie urbis episcopo, submoto principum metu, ne qua rursus difficultas ecclesiis oriatur. Nam [125 d] plerosque inopia laborare, aliquos infirmitate uexari, neque posse diutius ferre peregrinationis incommoda.

72 Preterea sunt libelli sancte synodo a Regino Constantie episcopo et omnibus episcopis cypriis quibus conqueruntur Anthiocenos episcopos, contra antiquam consuetudinem et contra canones riocene synodi, ius sibi in insula illa vindicare et uelle ecclesias ibi constitutas sibi esse subiectas, ordinationes episcoporum facere etc. Sancta synodus re diligenter discussa diffiniuit quando uetus obtinuisse consuetudo Cipri episcopum ordinare per insulam episcopos, nichilque habere auctoritatis in ea Anthiocenum episcopum, eciam si aliquamdiu induxisset ipse hanc consuetudinem, etc.

73 Euprepius quoque Baze episcopus libellos obtulit quibus asserit consuetudinem obtinuisse antiquitus ut in Europa prouincia unus episcopus duas<sup>2</sup> haberet aut tres ciuitates. Orantque synodum confir-

<sup>71</sup> = V 107, CT 63 : Circa pietatem sollicitudinem uestram atque studium, Christo amabiles imperatores <sup>72</sup> = A 81, Wint 6 <sup>73</sup> = A 82, Wint 4

<sup>1</sup> cuius?

<sup>2</sup> tres B

mare consuetudinem ob Fettilam episcopum Heraclie, qui Nestorio fauens uerisimiliter presumeratur ulciscendi studio cuncta perturbaturus. Annuit sancta synodus roborauitque autoritate sue consuetudinem quam pro lege esse maiores uoluerunt.

74 Scripsit denuo per Iuuenalem, Firmum, Flauianum, Archadium, Theodotum, Achatium, Euoptium episcopos Philippumque presbyterum. Et est initium epistole: *Omnia quidem uestri imperii gesta laudabilia sunt*, agit gratias quod precibus eius inclinati mitti VIII iusserant [126 a] a sancta synodo qui iustitiam assererent synodi commendatos eos qui missi sunt, se illorum imperio obtemerantes conuenisse de fide tractaturos, impia dogmata deprehendisse Nestorii eaque cum auctore dampnasse. Cui sententie consensisset occidens totus et Africe et Illiricum missis apostolice sedis legatis a sancto romane ecclesie pontifice Celestino, Iohannem Anthiocenum vicesima et secunda die post prestitutum in suis litteris tempus aduenisse et ulciscendi gratia Nestorii concilii principes Cyrillun atque Memnonem insolenter depone uoluisse, quorum fidei adstipularetur sancta apostolica sedes et tota synodus, iniuriasque synodo intulisse excommunicationis intentando sententiam. Cuius rei gratia commota uniuersalis synodus eum communione priuauerit omniue administratione sacerdotalis officii suspenderit, que omnia et prius intimasse litteris, et nunc denuo scribere illorum pietati orantes ut concilio suos presules reddat neque luctu ineffabili illos cruciet. Omnes enim respicere quod in illos esset procaciter gestum.

75 Imperatores hiis lectis Nestorium exilio dampnant, asserentes e dicto se certiores factos audi(c)tis semptem ex utraque [parte] epis copis sanctam synodum rite omnia cononiceque fecisse, orientalesque acriter arguisse, iussisseque episcopis a sancta synodo missis ut ingressi regie urbi episcopum ordinarent. Ingressi illi ordinarunt sanctum Maximianum episcopum. Post hec missit imperator quemlibet [126 b] ex episcopis ad propria remeare. Mansit autem Iohannes et qui cum illo erant separatim. Ad Isidorum quoque prefectum pretoriū et consulem exilium Nestorii significant mandantes ut illum in Petram extorrem agat, perpetuo ibi futurum pro hiis que impie egit; ita ut omnia ipsius constantinopolitane applicarentur ecclesie ad augendas sacri loci copias ubi perdidit misterium pietatis.

76 Additur sacre legis exemplar quo decernitur non modo Nestorium uerum quosque illius impietatis socios somoniacos appellari ex eius impietate quem sequitur sicuti et arriani a Constantino porphiriani sunt appellati; mandaturque ne quis Nestorii libros contra ueram fidem seu contra gesta ephesine synodi aut habere aut legere aut transcribere audeat eosque studiose quesitos ignibus tradi publice; ut per hunc modum errore sublato radicitus simplex populus nullum offendiculum impietatis inueniat, publicatione honorum se puniendos si qui preuaricati fuerint reperti non ambigant; quod quidem edictum a memorato Ysidoro mandatur ubique uulgandum. Quod et fecit edicto regio suas quoque deiiciens litteras ut omnes ubique Nestorii memoria penitus tolleretur.

74 = V 108, CT 61: *Omnia quidem uestri imperii laudabilia sunt*

76 = V 111, CT 68

75 = V' 110 CT 67

- 77 Scripserunt autem et **vii** episcopi a sacra synodo missi synodicam epistolam per unamquamque prouintiam una cum Maximiano constantinopolitano episcopo, qua monent sollicite ne quis communionem sancti sinodi simulans eos fallat quo[126 c]cumque modo, mittuntque statutum synodi de Nestorio eiusque complicibus. Scribit autem **77 a** Maximianus Cyrillo epistolam plenam laudum que incipit: *Impletum est desiderium tuum; significat electionem suam oratque se precibus adiuuari consilioque et ope firmari; est plena affectus epistola.*
- 78 Rescrit Cyrillus gratulabundus dicens in principio epistole: *Conuenire arbitror tua ueneratione ad pontificatus proiecta apicem illud propheticum tota cum exultatione proferre: Letetur celum desuper, gaudeat uniuersa terra.* Disputat de incarnationis dogmate contra impium dogma Nestorii magna cum maiestate. Commendat senem Maximilianum qui uitam omnem in dei rebus contriuerat et modo adsumptus ad sacerdotium populum dei salubri doctrine pabulo pascebatur.
- 79 Scribit et Alippius presbyter Cirillo affectu precipuo, initium epistole est: *Beatus homo qui deo largiente promeruit primum caritatis oculis cernere sacram caput tuum confessionis et martirii gloria coronatum.* Est et ipsa epistola plena affectu qua preterita eius certamina predicit. Respondet **80** Cyrus ita inchoans: *Beatus propheta David eos qui confidunt in domino audentissimos docens dicit: Viriliter agite et confortetur cor uestrum,* patientiam predicit exemplumque trium puerorum constantie pulcre proponit.
- 81 Scribit et [126 d] ad imperatorem Theodosium apologeticum respondens eius litteris quas ad illum Commotior (?) scripserat docensque de Nestorio et Ioanne que sint per ordinem gesta, suamque innocentiam purgans et quo animo reginis scripserat pandens. Est autem multum persuasibilis oratio.
- 82 Confirmat autem sancta synodus sententiam latam contra Messalia nos siue Euchites siue furiosos siue quoquis alio nomine pestis ea nominetur, quam retulit Valerianus episcopus Constantinopoli a sancto Sisinio latam, quamque in scriptis protulit ut nulli eorum liceat habere... Damnat et librum qui inscribitur [Asceticon]<sup>1</sup> et incendi iubet, conuertens<sup>2</sup> ab heresi suo quosque in grācu esse promittit, non conuersos episcopos et clericos ab ecclesiasticis separat gradibus, laycos anathemati subiicit.
- 83 Porrecti sunt et libelli penitentie a Petro et Iuliano episcopis qui sancte synodo procidentes orant suis erratis veniam dari, eamque consequuntur quia uiderentur fauisse Nestorio. Sequitur et ad Valerianum episcopum scripta nobilis epistola contra Nestorianos cuius initium est: *Sufficiebat quidem, tota de dogmatibus disputat totaque in certamine est iam soluto conuentu damnatque Nestorio et episcopis reuersis ad sua.*

Simultas grauis reliqua erat Iohannis anthioceni et complicum ipsius orientalium episcoporum quorundam contra Cyril [127 a] lum, diuisaque videbatur ecclesia, cum piissimus princeps Theodosius auidus reformatrice ecclesiastice pacis atque ueritatis, accersito Maximiano sanctis-

<sup>77</sup> = V 113    <sup>77 a</sup> = V 109, CT 65: Completum est desiderium tuum    <sup>78</sup> = V 115, *latine non extat*    <sup>79</sup> = V 116, *latine non extat*    <sup>80</sup> = V 111, CT 55: Beatus propheta David in Deo confidentes audacissimos ostendit dicens (*eadem est ac n. 51*, Cfr. Schwarz, V 79)    <sup>81</sup> = V 118, *latine non extat*    <sup>82</sup> = A 80, Wint 3    <sup>83</sup> = A 93-94    <sup>84</sup> = V 119

<sup>1</sup> *Spatium vacuum B*

<sup>2</sup> *conuersos*

simo episcopo, rogat quonam modo pax obuenire ecclesiis possit. At vir dei: si, inquit, Iohannes anthiocenus Nestorium et eius dogmata dampnat, dubium non est Cyrillum summum dei sacerdotem facile et libenter oblitem iniuriarum quas Epheso, illo auctore, perpessus est hiis que pacis et quietis sunt accesurum. Tum imperator maximo repletus gaudio rescritbit Iohanni graues multum litteras fere probans cur se oporteat de episcoporum pace curam gerere, quorum esse cura potissimum debeat non modo ecclesiis uerum eciam imperio perpetua prece pacem procurare, mandatque ut ad certum tempus Nicomediam perget ubi et Cyrillus aderit multaque in hanc rem scribens. Postremo nisi obediat sibi impulet si censuras ciuerit. Est epistole initium: *Pacem reddere cupimus.*

86 Scribit et Achatio sanctissimo seni Berriensi episcopo per Aristolaum tribunum atque notarium, qui orientalium et Ioannis maxime uerbis circumuentus, fuerat modice de Cyrillo oblocutus apud principem, dicens priuate discordie causa a Nestorio dissentire quod postea Cyrillus expostulat ut suo notabitur loco; hortatur religiosissimus princeps precibus ad deum et consilio suo Iohannem impellat ad im[127 b]pia Nestorii dogmata dampnanda, dicens cum Cyrillo congruere totum occidentem omnesque ubique terrarum et pro se atque imperio preces ad Deum fundi.<sup>1</sup> *Cum aperte nouerimus religionem tuam.*

Acceptis principis litteris Iohannes una et Achatio suadente compulsus consultat cum suis, communique consilio Paulum emisenum episcopum mittunt postulantes ut quicumque ille scripserat et maxime XII capitula dampnaret, alioquin ecclesiis pacem non esse reddendan. Scripsit Iohannes Achatio se patrum fidem tenere, debere Cyrillum amovere que scripserat. Rescritbit Cyrus Achatio asserens rem iniustum et penitus illiberalem ab se postulari ut que adversus impia dogmata Nestorii bene et utiliter scripserat (non) dampnaret, maxime cum omnia ab se scripta confirmatio essent et declaratio nicene fidei quam illi solam et nudam obtinere uolebant; carpit modice et reuerenter Achatium pro litteris quas ad principem scripserat quas tamen illius non fuisse crediderit.

89 Scribit Achatius Alexandrino<sup>2</sup> hyerapolitano episcopo paucis significans quid ad se principes per Aristolaum, quid Cyrillus, quid romanus pontifex scripserit et ut Cyrillus modice expostularit, parci senectuti sue postulat, ne tantum sustineant dedecus tollantque discordiam. Incipit epistola: *Venit ex Alexandria.* (Senis ut uidetur admonitus commotione).  
 90 Iohannes ad Cyrillum scribit simultatis preterite causam ad XII capitula referens, multa de pacis [127 c] atque unitatis ecclesiastice bono prosequitur, asseritque ex hiis que ad Achatium scripserat mentes orientalium multum fuisse paccatas. Videntur ista tamen scripta coacte ferme atque simulate, nam priusquam tractatus pacis ab imperatore fuisset inductus scripserat tam Iohannes ipse quam Theodoretus contra XII Cyrilli capitula propositis singulis singulatim reprehensiones, adiiciens quibus ea erroris conuincere niterentur. Cyrillusque responderat apertissime docens sensum suum esse catholicum et utriusque seorsum ineptias seu uersutias

85 = V 120, CT 69: Intentio nobis correctio pacis est      86 = A 103, CT 140      87 = A 105,  
 CT 142      88 = A 107, CT 145      89 = A 10, CT 144: Rediit ab Alexandria      90 = A 108,  
 CT 169

<sup>1</sup> *Deest aliquid?*

<sup>2</sup> *Alexandro.*

- arguens singulisque obiectib[us] responsa subiciens plena rationis.
- 91 Incipit autem apologia prima ad Iohannen seu orientales: *Qui sancto deo mentem suam dedicarunt*. Secunda uero ad Euoptium episcopum ad obiecta Theodoreti episcopi Ciri ubi pari modo respondet per singula; incipit uero: *Legi que nuperrime tua ad me ueneratio scripsit*, acriter autem insectatur interdum malignam illorum intelligentiam. Sed et in sancta synodo ephesina orantibus sanctis episcopis eadem XII capitula exposuerat per singula aperiens cuius rei gratia singula queque dixisset, et quam haberent intelligentiam ut non posset esse obscurus usque ad illud tempus Ioanni Cyrilli sensus, apparet autem gratificandi Nestorio causa potius illum ea que premissa sunt egisse quam fidei zelo. Numquam apparet ex litteris maxime orientalium episcoporum qui missi Constantinopolim fuerant et Theodoreti ipsius [127 d] specialiter multam illi curam fuisse Nestorii ut antiqui amici sui.
- 93 Iterum scribit Iohannes ipse Cyrillo epistolam, cui suam subicit fidem dampnatque Nestorium et electionem Maximiani approbat. Scribit autem per Paulum memoratum emisenum episcopum. Est autem ipsa epistola pulchra et incipit: *Pridie ex iussione serenissimi principis*.
- 94 Fuit supra modum gratus huius aduentus Cirillo litterasque illas pacis obsides magna cum exultatione suscepit rescriptsque Iohanni plenam gratulationis epistolam cuius initium est: *Letentur celi et exultet terra, qua illius communionem dimittit grate admodum*.
- 95 Memoratus autem Paulus episcopus sermonem fecit ad populum presente Cyrillo in alexandrina ecclesia de incarnatione uerbi cuius initium est: *Conuenit hodie dilectionem uestram adhortari ut sacrum quendam nobiscum inungatis*. Et cum theotocon beatam Mariam appelas- set, acclamatum est ab omni populo: *fides ecce ista est dei donum Cyrillo orthodoxe; hoc audire querebamus; qui non ita dicat anathema sit*. Et cum prosequeretur sermonem Paulus et diceret duarum naturarum concursio- nem, diuinitatis scilicet et humanitatis, unum fecisse filium, unum Christum, unum dominum, acclamatum est denuo a populo: *Bene uenisti, orthodoxe episcope; dignus digno, christiani dicunt dei donum Cyrille ortodoxe*. Est autem pulchra et breuis oratio.
- 96 Secundo publice orauit de eadem re presente populo et astante Cyrillo, ubi de [128 a] Cyrilli laudibus; ubi inter sermonis initia populus acclamauit: *Dei donum Cyrille. Omnes fecisti ut te ipsum dignus digno*. Populus dixit: *Episcoporum parentem salua domine. Bene uenisti episcope orthodoxe, orbis eruditior, qui ita credit amat, magni magistri magnus laudator*. In fine omnis populus dixit: *Fili Theophili et Athanasii Cyrilli sapientiam audiamus*.
- 97 Subsecutus est breuem orationem Cyrillus cuius initium est: *Beatus propheta Isayas, laudat Paulum et hortatur populum ad reddendas gratias deo*. Scripsit autem et brevem epistolam ad Iohannem de Pauli laudibus qua egre illius ab se perfectionem<sup>1</sup> [profectionem?] confitetur.

91 = A 24, Pal 39: *Qui suam mentem deo sancto deuouere*      92 = Pal'40: *Legi quae a tua sanctimonia dudum mihi transmissa sunt. Graece non extat*      92 = Pal'40: *Legi quae a tua sanctimonia dudum mihi transmissa sunt. Graece non extat*  
*extat*      93 = A 118, latine non extat      94 = V 127, CT 72: *Exultent caeli et laetetur terra, Quesn 53: Laetentur caeli exultet terra*      95 = V 124, non extat latine      96 = V 125, Sich 11, recensio diversa  
 97 = V 126, Sich 12      98 = A 115

Cuius initium est: *Letificat quidem plurimum bonorum consortium.* Rursus et ad illum scribit docens episcopum Maximianum ad se scripsisse fundamenta pacis ecclesiarum sobrie esse iacienda, monendo et quod tam a se quam plerisque essent depositi episcopi, quidam iustis ex causis, et ne materiam istam attingeret, alioquin pax ipsa claudicare, secuturam excommunicationem inter se et illos, huiusque rei gratia stantibus rebus [hec] non esse tractanda donec integra pax daretur rebus. Afferit memoratum Paulum plura secum inde egisse. Incipit epistola: *Sapientissima cum sit sanctitas tua.*

100 Scribit autem et [ad] Theognostum et Charnosinum presbyteros Leontiumque diaconum, significans Achatiū senem prouocatum ab orientalibus episcopis ad se scripsisse [128 b] de delendis que ab se fuerant scripta seque respondisse; postea profecto in Alexandriam Paulo episcopo cuncta congrua accepisse formam, neque prius Paulo communicasse quam confessus esset dei genitricem beatam uirginem damnaretque Nestorii dogmata, quod et in ecclesia fecerit sublimi uoce. Et cum non haberet in scriptis a Ioanne dampnationem Nestorii preter solas epistolas nichil necessarium continentes, et se assereret illi communionem dare non posse nisi prius hoc ageret, tamen uidens tam illum quam Aristolaum moleste hoc ferre, ne puteretur detractare pacem scripsisse quidem communionis litteras chartamque dictasse de sententia Pauli episcopi cui se subscriberet anthiocenus episcopus, missosque clericos duos cum Aristolao ut si quidem ille subscriberet communionem redderent, sin autem sibi retinerent, pollicente tribuno non prius illi communionis litteras reddendas quam se subscriberet, quod si facere nolleat iret ille Constantinopolim et principi nuntiaret Iohannem esse qui parere nolleat. Incipit epistola: *De rebus omnibus scribimus uobis.*

101 Rescrit Iohannes Cyrillo dicens in principio: *Recepimus nos tuo mutuo, domine.* Significat autem se recipere omnia paucis immutatis que nichil mutarent sensum dictate ab se scripture. Oratque ut eam mutationem tolleret ob lucrando episcopos alias quos ei conciliari cuperet, asserens ita uisum et tribuno et clericis ab se missis ob utilitatem communem et ecclesie pacem, oratque suscipiat ut diaconos [128 c] illos suos pacis sibi gaudia nuntiantes. Est plena affectus epistola.

102 Scribit Iohannes ad omnes orientales episcopos significans pacem ecclesie redditam ita inchoans: *Obtinuit pietas et procul inuidia diaboli absit docet, monet, hortatur,* Cyrrillumque rectissime de fide sentire testatur, neque in ullo dissentire a fide quam ipsi partim Ephesi partim Antiochie diffinissent, illum approbasse quae scripserit et magnis esse laudibus prosecutum; agendas deo gratias suadet quod Egiptius et Oriens in fidei sinceritate concordent, pulchra epistola est. Mittit ad omnes exemplaria.

103 Scribit et ad principes per Aristolaum ubi in eorum effunditur laudes asserens fidem quam Calcedone sibi obtulissent a Cyrillo per omnia fuisse probatam atque susceptam; cui et ipse consonam exposuerit fidem, sublata discordia et contentione omni. Mittit exemplar

99 = A 116      100 = A 117, CT 173: De omnibus rebus scribimus uobis      101 — A' 118  
*latine non extat*      102 = A 119, CT 77: Optimus pietas et omnis diaboli abscedat inuidia  
 103 = A 120, CT 179: Oportunum nunc illo eloquio prophetae dicere

utriusque epistole per tribunum Aristolaum. Suscepisse ordinationem Maximiniani, dampnasseque Nestorii impia dogmata. Orat episcopos huius rei gratia abiectos depositosque restitui, quod facere illi possint facile exemplo maiorum qui erectis suis ecclesiis rediderunt sacerdotes et qui contumeliose essent ordinati remouissent. Desunt in principio laudes; incipit epistola: *Oportet nunc propheticum illud eloquium dicimus.*

104 Sribit et ad Sextum romane urbis episcopum epistolam cuius initium est: *Ad decus totius orbis credimus sanctitatem tuam apostolicum ascendisse thronum*, nuntiat illi [128 d] pacis et unitatis ecclesiarum gaudia, scriptam sibi mirabili concordia factam de se electionem a Cyrillo quam ipse illius didicerit litteris. Scriptu[ru]m latius cum ex more ad se illius synodica scripta peruererint, subiicitque quam ad Cyrillum miserat de incarnatione Domini suam et orientalium fidem.

105 Ad Maximianum eciam scribit illius congratulans electioni et cum miris laudibus prosequens et pacis gaudia nuntians missurum se continuo ecclesiastici ordinis viros. Paulum libenter iturum nisi per itineris longitudinem infirmatus esset grauiter quem et ipsum ubi conualuerit prosecutum. De Cyrilli secum concordia dicit, et de impii dampnatione Nestorii. Mittitet exemplaria exposite fidei ad Cyrillum et Cyrilli ad ipsum; est epistole initium: *Oportebat quidem et dudum letitiam nostram*, etc.

106 Achatius quoque berriensis episcopus ad eundem Maximianum plenam grauis laudationis epistolam que incipit: *Episcopatus uenerationis tue differri non debuit*. Asserit discordiam partium in eo conuenisse, pacis quoque inite gaudia ordinemque persequitur, paucis dicit et uniuersalem scripsisse epistolam pacis et concordie leticieque emulam.

107 Sribit quoque Cyrillus Maximiano ipsi asserens sibi per clericos suos renuntiatum esse quod non ad illum scripsisset pacis federa et conditiones esset contristatus, et quod soli acquieuisset niceno symbolo tomosque suos et epistolas contra [129 a] Nestorium dampnasset; purgat crima ueritatemque declarat se quidem per omnia sequi nicenum simbolum; quod quia peruerse ad suum sensum retorquere Nestorius uoluisset necesse fuisse et thomos et epistolas scribere. Se non sua dampnasse neque ita desipere symbolum nicenum ab ephesina quoque synodo fuisse roboratum. Est initium epistole: *Scribunt ad me dilectissimi mei clericu*.

108 Theodoreetus Iohanni scribit gratulans concordie et addens egyptias litteras in communi perfectas contrarias esse XII capitulis quibus usque ad eam diem se aduersatum esse testatur, diliratque capitula fuisse heretica sed que modo fuerint scripta commendat; dicit spiritum sanctum non ex filio aut per filium habere substantiam sed ex patre procedere et esse proprium filii. Est plena insipientie epistola et incipit: *Deus qui sapienter omnia dirigit*.

109 Eusebio item presbytero causanti pacem non esse rationabiliter factam scribit Cyrus epistolam, qua significat epistolas quasdam circumferri a Nestorii studiosis Iohannis ad se factas uel immutatas. Se Iohanni non prius communionem reddidisse quam dampnasse Nestorium et theotocon beatam virginem appellasse, qua in re multum laborasset

<sup>104</sup> = A 121, latine non extat    <sup>105</sup> = A 123, latine non extat    <sup>106</sup> = A 124, latine non extat    <sup>107</sup> = A 126, latine non extat    <sup>108</sup> = A 128 (incompleta), CT 183: Deus qui sapienter omnia indagatur    <sup>109</sup> = A 130, latine non extat

emisenus episcopus Paulus, episcopos dampnatos in quo essent habitu permisisse manere ne huius rei gratia dissentirent ecclesie, satis uisum esse quod Nestorii dogma dampnassent quod facere ante noluisserunt, exponitque quenam fuisse orientalium de fide confessio. Retulisse sibi Paulum [129 b] episcopum que quidam de se tractarent, que in epistola ad Iohannem notauerit et irriserit. Incipit epistola: *Legi epistolam dilectionis tue.*

110 Scripserat **Cyrillus** librum contra eos qui theotocon beatam virginem nollent confiteri et proprie ad subditos et commissos cure sue fideles ubi contra Nestorii eiusque impia dogmata pugnat. Est autem eius initium: *Norunt medici quidnam futuris morbis possit occurrere.*

111 Scripsit et **Anastasio**, **Alexandro**, **Martiniano**, **Iohanni**, **Paregorio** presbyteris et **Maximino** diacono monachorumque patribus per **Egiptum** de expositione niceni symboli, ubi precipua ipsius mentio contra Nestorium uigilat. Incipit autem: *Studium et industria dilectionis uestre.*

112 Scribit et librum de incarnatione uerbi cuius initium est: *Altum quidem et magnum atque omnino mirabile est pietatis sacramentum ipsisque sanctis angelis admirandum*, aduersus Nestorii dogma. Scripsit et Achatio melitensi episcopo epistolam docens de modo pacis atque unionis, quia et ipse ex rumoribus scandalum percepisse uidebatur, docens ex principiis edicto Iohannem impulsu egisse cum Achatio ut ad se scriberet etc. Misum fuisse Paulum emisenum qui litteras a Iohanne ad se ferret irritationis plenas potius quam reconciliationis cuiusmodi oportuisset scribi ita uiolato ut ipse fuisse, cui cum diceretur dogmatum gratia illos fuisse contra se irritatos, non dogmatum causa, inquit, sed assentiendum potentioribus. Et cum Paulus assereret Iohannem [129 c] paratum esse consentire dampnationi Nestorii neque tamen appareret in scriptis, tandem datum esse finem optimum rebus, Nestorii fautores defecisse qui dicerent orientis episcopos uideri quidem dampnasse Nestorium sed tamen cum illo sentire. Componit uoces orientalium ex ea quam sibi tradiderant fide cum Nestorii uocibus, ostenditque illos ab eo omnino dissentire. Est autem prolixa et pulchra epistola que incipit: *Est profectio res pernecessaria mutua fratrum allocutio*

113 114 Scribit et ad **Donatum** nicopolitanum episcopum de pacis ecclesiaram conditionibus, eadem dicens, notatque in fine epistole Iohannem scripsisse ad **Sixtum** romane et **Maximianum** constantinopolitane ecclesie sacerdotes. Incipit epistola: *Oportere arbitratus sum tue sanctitati que de ecclesiarum pace secuta sunt scribere.*

115 Subditur Iohannis epistola ad **Sixtum** et **Cyrillum** ac **Maximianum**, epistola in qua premissa causa discidii, quia scilicet ad dampnandum Nestorium non fuissent expectati, modeste tamen satis, approbant gesta sacre synodi, dampnationemque Nestorii ut iuste ac legitime approbant factam, Maximianique ordinationi multum fauent et impium dogma Nestorii dampnant, asserentes se eadem sentire et predicare in ecclesia de

110 = A 3, latine non extat 111 = V 135, Wint 1: Caritatem uestram eruditio simul ac uirtutis 112 = R 19; PG 77, 1089 113 = V 128, CT'76: Causa quidem dulcis et valde digna est fratrum allocutio 114 = V 129, CT 295: Conuenire opinor peculiariter tuae me religiositati ea quae ecclesiarum subsecuta sunt pacem 115 = V 730, latine non extat

incarnationis misterio ac de omnibus que predicaret sancta synodus. Incipit epistola: *Et studium et intentio esse omnibus debet qui sacerdotio sunt honorati.*

116 Cyrilus item perceptis litteris Maximiano scribit illius potissimum meritis pacis [129 d] ascribens federa, multumque gratulans restitute corporis Christi unioni mittique ad eum litteras quibus Iohannes et orientales dampnant Nestorium, etc. Est initium epistole: *Dubium profecto non erat preualituras tue beatitudinis preces.*

117 Commentarium scribit Eulogio alexandrino presbytero illis respondens qui culpabant orientalium expositionem fidei dicentium duas naturas in Christo et se qui ista tollerasset, dicentes plerosque putare Cyrilum que essent Nestorii sapere; pulchre responderet ac lucide, dicens cum putassent orientales se de Apollinaris scola esse permisisse ut hiis uocibus uterentur ne unum Christum in duos diuidenter, etc.; dicit epistolam ad Achatium melitensem suam pulchre ad ista respondere quam secum ille cum aliis plurimis in loculis ferret reddendas cui mittebantur; reddi iubet preposito illustri libros duos ab se missos; unum quidem contra Nestorii blasphema dogmata, alterum qui synodi aduersus Nestorium eiusque complices contineret gesta, responsionesque ab se factas ad eos qui contra XII capitula scriperant, Andream scilicet et Theodoreum, et in fine breues quasdam expositiones de incarnationis sacramento pulchras atque utiles multum. Admonet ut ex epistolis que essent in membranis illi quinque offerat: unam Achatii ad [E]pictetum; aliam ipsius ad Iohannem; aduersus Nestorium duas, breuiorem et prolixi[130 a]orem, maioremque illam ad Achatium, hoc enim illum de se postulasse. Incipit epistola: *Carpunt quidam expositionem quam fecerunt orientales.*

118 Ad Iohannem item anthiocenum et synodum ibi congregatam scribit Cyrilus dicens in principio: *Non quieuit draco apostata.* Inuehit<sup>1</sup> contra eos qui Nestorii uenena clam funderent dicentes orientales idem sentire. Allegat epistolam ad Armenios Procli quem ex nimia laude celebrabat; dolet quod profanas opiniones Diodori et Theodori quidam applicarent sanctis patribus Athanasio, Basilio, Gregorio, Theophilo ac reliquis qui non modo Nestorii dogma uerum et hereticorum omnium pariter dampnant, qui ante illum eadem senserant. Admonet ne hiis qui ab heresi conuertuntur improprietur error, ne segniores per hoc fierent ad conuersionem, cum solempne sit medicis infirmos cupere ad sanitatem reduci gratularique dum id contigerit, et pastoris de euangelio inferatur exemplum qui LXXXIX ouibus dimisis, etc. Si qui uero monachorum seu clericorum culparentur quod intra ecclesie scripta cum Nestorio senserunt eos audire oportere in ecclesia, quod qui criminantur dum putant se in ecclesia non facile audiri secularium iuditia expetunt, cum dignius sit ecclesiastica negotia in ecclesiis potissimum audiri.

119 Scribit ad Achatium quoque de emissario pulchram et prolixam epistolam cuius initium est: *Ea que nuper [130 b] a tua sanctitate scripta ad me sunt perlegens, plurimum iocunditatis accepi.* Sequitur illum ad

<sup>116</sup> = V 131, CT 74: Non erat dubium quia omnino et semper praeualerent tuae sanctitatis orationes    <sup>117</sup> = V 132, CT 75: Reprehendunt quidam    <sup>118</sup> = V 133 latine non extat    <sup>119</sup> = V 144, latine non extat

<sup>1</sup> inuenit B

se scripsisse oportere illum de emissario aliquid scribere illiusque pandere sacramentum de quo scriptum in Leuitico sit: *Et assumet Aaron duos hircos et statuet illos coram domino ad ianuam tabernaculi testimonii et imponet Aaron super duos hyrcos.* Docet pulchre misterium Christi inde signari.

120 Sequitur decretum imperatoris Theodosii contra Porphyrium et nestorianos atque Hyreneum episcopum Tyri, quo iubetur ut omnes Porphirii libri igni traderentur ne ledere quempiam possint, et qui Nestorii dogma sectari deprehensi fuerint, siquidem episcopi aut clerici fuerint ecclesiis reiciantur, sin layci subdantur anathemati, liceatque catholicis omnibus eos publicare atque arguere. Decernit ut queque contra uel preter fidem nicene et ephesine synodi sancteque memorie Cyrilli fidem scripta reperirentur igni traderentur. Atque ut omnibus palam fieret quam ille aduersaretur impium dogma Nestorii mandat Hyreneum sua dudum huius rei gratia indignatione perculsum, qui contra apostolica statuta post bigamiam Thirii esset ordinatus episcopus, de ipsa ecclesia eici, priuatumque ibi morari omni sacerdotii nomine et honore priuatum. Adiungitur decreti uulgatio a prefectis sancta contra Porphyrium, Nestorium et Hyreneum. Incipit edictum: *Congrue existimamus imperio nostro uulgationis uero et legem et rempub. ipsius constans[ 130 c] tiam ex religione pendere.*

121 Scripsit beatissimus Cyrus de incarnatione uerbi filii dei patris libellum cum sententiis brevibus cuius initium est: *Rectissima diuine scripture intelligentia, habet et interrogations et responsiones.*

122 Antequam sancta synodus conueniret, Basilius diaconus una cum pluribus monachis imperatorem supplex adiit orans ut periclitanti fidei subueniret, que a Petro apostolorum principe sub Christo fundata esset, cui reuelatum esset diuinitus incarnationis sacramentum quam Iacobus et Iohannes et apostoli reliqui docuissent et euangeliste martyres et confessores episcopi sancti: Hyrenius,<sup>1</sup> Gregorius neocesariensis episcopus, sancta synodus antiochena CLXXX episcoporum contra Paulum Samosatensem, Nicena synodus, Basilius et Gregorius fratres, Athanasius, Ephrem syrus, Gregorius, Hammon, episcopi; Vitalis, Amphilochius, Paulus, Eustachius, Methodius, Optimus, Leporius, Ambrosius mediolanensis, Africana synodus, Ioannes, Seuerianus, Atticus, Cyrus adhuc uiuens, communi uoce et studio predicassent. Non debere principem ferre ut ecclesia illa ab huiusmodi non episcopo sed tyranno et carnifice regetur, qui omnes presbyteros sibi publice contradicentes uerberibus cederet omnique genere supplitorum uexaret, et seipsum grauissimis uerberibus affecisset cum illius argueret impietatem. Postulabat universalem synodum Constantinopoli conuocari.

123 [ 130 d] Scripsit autem Cyrus et commonitorium ad Succensum beatissimum Diocesarie episcopum de fide, cuius initium est: *Legi commentarium a tua sanctitate missum.* Asserit Diodorum quendam magistrum fuisse Nestorii cuius hic totam imbiberit fecem et de dominice incarnationis sacramento indigne simul atque impie scripserit. Disserit per singula que heresim impiam destruant.

120 = V 138      121 = V 140-141, latine non extat      122 = V 143, latine non extat  
 123 = V 171, CT 305: Perlegi quidem commonitorium quod a tua est sanctitate transmissum, Sich. 8: Perlegi commonitorium quod a tua sanctitate directum est

<sup>1</sup> Irenaeus.

124 Rescrit ad quorumdam interrogaciones mittitque ad eundem Succensum et est initium: *Aperte quidem se insinuat ueritas hiis qui diligunt eam.* Sunt eciam rogtiuncule ille nestorianorum et dogma Nestorii tuentium, quibus per omnia diligentissime et magna cum dignitate occurrit.

FINIS

124 = V 172. CT 306: Claram quidem semetipsam constituit ueritas diligentibus eam.  
Sich: 9: Declaratur quidem ueritas his qui diligunt eam.